

do para haver do Author os mil cruzados, e reditos delles, em caso que lhos deva pagar. E quanto aos vinte mil reis de renda, que se deviaõ comprar para a Cappella, e Cappellão; essa obrigaçāo incumbe ao successor do morgado na forma da instituiçāo delle, e assim a deve satisfazer o Reo, e não o Author que não be possuidor do morgado, nem soy herdeyro dos bens do instituidor mas antes delles fez entrega ao Reo, como consta da escriptura de transacção, em a qual se obrigou o Reo aos encargos do morgado, e assim o absolvo do pedido nesta parte pela reconvenção, como tambem dos annos decursos da obrigaçāo da Cappella, e Cappellão, porque além de se não provar se deixasse de pagar do tempo que a mulher, e filho do Author gozaraõ o dito morgado, pela testemunha contra producentem Domingos Ribeyro consta se pagaraõ estas pençoens todo aquelle tempo. E tambem absolvo ao Author dos vintenta mil reis pedidos por reconvenção, procedidos do preço do prazo de São Vicente, porque além de este prazo ser julgado ao Author com os mais pela certidão junta consta ser o Author emprazado nelle, e a causa que sobre elle moveo Paula Antunes, se não sentenceou, e o Author lho pagou por concerto pelos vintenta mil reis, que recebeo, nem se prova não pertencer ao Author, e como se não mostre ser factosim, mas antes por livre foy julgado ao Author pela transacção; e este prazo se diz pertencer a fazenda de Avelans Dom Bom, e o mais que o Reo pede por reconvenção se não prove pertencer aos bens do morgado, mas antes pela transacção, e sentença nella dada se adjudicaraõ todos estes prazos ao Author. O absolvo de todo o pedido pela reconvenção, e paguem as partes as custas

destes autos de premeyr, em qu os condenno. Guarda 12. de Novembro de 677.

Luis Pereyra de Menezes.

Aqua sententia fuit appellatum ad Portualem Senatum ubi fuit lata sententia sequens.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Bem julgado foy pelo Juiz de fora da Cidade da Guarda, confirmāo sua sentença por alguns de sens fundamentos, e o mais dos autos, e pague o Appellante as duas partes das custas aelles de ambas as instancias, e o Appellado a terça parte dellas, em que a hum, e a outro condemnao. Porto 23. de Novembro de 679.

Mouzinho Borges.

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Ex duplice capite venit hujus obscuri, & male Ordinati processus decisio decidenda; quorum primum versatur circa restitutionem emphiteusium (de Cabruero, e Vella) & prædij (de Tentugal) quæ a Cantore seu præposito sedis Ægitanensis in dotem datae fuerunt ejus filiæ legitimæ D. Cifiliæ cum ejus primo marito, per cuius obitum Appellans cum ea secundas nuptias contraxit, ex quibus natus fuit filius Ludovicus, qui post mortem matris paucis post temporeibus etiam occubuit, ejusque hæres extitit pater Appellans, & etiam Cifiliæ ejus matris, quia hæres heredis primi testatoris hæres est L. quis filium 7. ff. acquirend. heredit. L. hæ edis §. sciendum ff. ve. borum significat. cum vulgarib.

Versatur secundum circa restitutionem Appellant faciendam 400 U. teruntiorum ad emplionem bonorum stabilium, ex cuius redditibus adimplentur onera Cappellæ ab institutore Præposito institutæ, & etiam circa restitutionem emhyteusium, certi-

Certique census 12. mediorum à Præposito empti, & etiam 80U. terunt. provenientium ex venditione emphyteufis (*das Varzes*) ad majoratum tamen pertinentium.

Deveniendo igitur ad primum circa restitutionem prædij de Tentugal, quo Appellans nititur non esse vinculo majoratus afixum: Visis & per pensis verbis institutionis fol. 23. vers. & seqq. rationibus, & fundamen-
tis allegationum utriusque instantiae à doctis Patronis atrente, & deligen-
ter consideratis, & altercatis; in
genue fateor me, mentemque meam
ita anxiam reddere, ut quo mever-
tam nescio, sed ex munere officij
quod sensam dicam, non posse du-
bitari de institutionis majoratus, &
constitutionis dotis validitate, quia
utruoque in eodem instrumento va-
lide fieri potest *Valasc. consult. 153.*
n. 2. Noguerol. alleg. 31. n. 105.
Larrea alleg. 26. n. 17.

18 Et in contractibus potiusque
mens contrahentium, et eorum vo-
voluntas; quam eorum verba, atten-
di debent ex *L. in ambiguis ff. re-*
19 *gal. jur. L. fin. que res pignor. et se-*
cundum suam naturam potius sit in-
terpetratio non secundum verba ap-
posita, quæ ad diversas species tra-
hi possunt L. in contractibus ff. ver-
borum significat. L. semper in stipu-
latione ff. regul. jur. Cabed. 1. p.
dec. 153. n. 2. Gam. dec. 166. n. 1.
& ait Valasc. de jur. emphyteut. q.
32. n. 35. quando ex verbis et cir-
cumstantiis appositis in contractibus
non possit, qualis sit dispositio ap-
parere, tunc pro qua parte fuerit
major, et fortior conjectura judi-
candum esse.

Qua propter ex tenore, et exordio instrumenti dotalis compertum
est mentem, et voluntatem dona-
toris fuisse primo, et principaliter
majoratum instituere, et in eo do-

Pars III.

tem filiæ dotatæ constituere, utrius-
que scilicet majoratus institutio, et
dotis constitutio implementum ha-
beret, ideoque incepit statim (ut
ejus voluntatis intentio evidenter
appareret) majoratum de omnibus
bonis præsentibus, et futuris insti-
tuere, præter alia legata, de quibus
in instrumento dotali, relicta, cum
reservatione usus fructus omnium
bonorum, et filiæ dotatæ in certa
parte ipsius fructus dotem consti-
tuit consignatam in prædiis emphy-
teuticationis de quibus in ibi, & præ-
dio (*de Tentugal*), et in 600U. terūt.
in auro, argento, et suplestili con-
signatis, ut doctus Appllati Patro-
nus ingeniose consideravit, et absit
à nobis dicere mentem, et volun-
tatem donatoris fuisse excipere à
vinculo majoratus illud præmium
aludiale, et dotem in ejus proprie-
tate constituere, cum sit magni va-
loris et possit Vinculo afigi.

Cætera nanque bona institutoris 20
sunt emphyteutica, de quibus ma-
joratus institutio fieri non potest ex
Pinheir. cum ab eo laudatis de emphy-
teuf. 2. p. disputation. 4. sect. 7. n.
*144. cum seqq. nemo enim sanæ men-
tis concipere potest dotantem maio-
ratum instituere desiderantem, et
dotem constituere; voluisse illud
præmium a suo vinculo abdicare
cum sit fortassis præiosius reliquo-
rum, quæ possidebat, quorum mag-
na pars sunt emphyteutica, et mo-
bilis, quæ, ut vincularentur, ven-
di debent, ut exorem pecunia im-
mobilia emerentur, ut vincilaren-
tur. In quibus terminis fieri debet
interpretatio contra eum, in cuius
favorem contractus dotalis celebra-
tus fuit *Cabed. 2. p. dec. 86. n. 9.*
Prax. Lusit. 1. p. lib. 1. cap. 2. n.
41. quia se non declaravit, et legem
*contractus aperiens non dixit *Vala-**
*sc. consult. 146. n. 11.**

Kkk

Ulterius

Ulterius si in vi instrumenti do-talis, et maioratus institutionis Ap-pellans non repelletur à peticio-ne dicti prædij ex instrumento trans-actionis fol. 8. omnis actio ei dene-ganda est, quia cum asistentia Cu-ratoris a Provisore Provintie dati, omne jus, si forte habebat, in favorem maioratus abdicare à se vi-detur, licet illius specificam men-tionem non fuisse, quia tractatio de qua in præsenti specialis fuit circa bona per mortem Præpositi reli-cta, in quibus terminis sit illius ex-tentio ad dependentia; et annexa ex L. cum tibi Cod. de juditiis, opti-me Valasc. consult. 39. n. 5.

Appellans nanque in transactio-ne generaliter, et per clausulas ni-mis exuberantes omnia bona aludia-lia per mortem Pæpositi relicta in favorem maioratus renunciavit, et cessit in eius confirmationem regium diploma accessit, & authori-tas curatoris fol. 97. Judice Acto-re, qui transactiōnem per senten-tiam judicavit, & in rem judicatam transivit, quæ facit rem notoriam, & jus inter omnes L. si servus §. si bæredibus ff. legat. 1. & cessat om-nis dubitatio L. res judicata ff. re-gal. jur. Neque ei prodesse potest restitutiōnis beneficium post trans-actum quadriennium, ut fatetur in depositione fol. 106. Ord. lib. 3. tit. 41. §. 6. & in hac parte displicet mihi Appellantis querimonia. Con-firmetur igitur judicatum. Portu 7. die Januarij 1679.

Borges.

Tam de restituōne emphyteu-sium, do Cabrueiro: e Vella, & præ-diorum de Tentugal, quam de re-bus compræhensis in reconventione de qua fol. 49. vers. dictum est, suo tamen ordine servato ad hoc, ut melius veritas appareat de sin-gulis pertractam.

Et primo quo ad restituōne prædiorum de Tentugal, in quibus tota vertitur principalis controver-tia, licet Domino antecedenti vide-tur necesse verba constitutionis do-tis, & maioratus, de quibus in instruōento fol. 23. interpretare, ad hoc ut succedat regula text. in L. in ambiguis ff. de regul. jur. Attamen mens mea alia est ad euādem tamen finem tendens in confirmationem scilicet judicati, quia per pensis, consideratisque recte verbis consti-tutionis dotis in instruōento, de quo fol. 24. ibi: E sómente por via de dote irrevogavel entregará logo, como defeito entrega o seu prazo de Santa Luzia: & ibi d. fol. veri. Nas vidas, e direito, que a elle dotante per-tence e o pôde pertencer, com acesſão, e pertençaõ de todo o direito, e assim mais lhe entrega logo por dote toda a fa-zenda, que elle dotante tem na Vil-la de Tentugal, &c. negari non po-test, quod prædicta verba: todo o diteito, e entregará logo, ad proprie-tatem non vero ad usum fructum fermolem, ut dicunt DD. referen-da sunt. Ac ita videtur quod ex verbis constitutionis dotis prædia de Tentugal ad dotem pertinere, non vero ad maioratum; quia licet usus-fructus sit jus, ut inquit Imperator Justinian. ad principium Institut. de usufructo ibi ususfructus est jus uten-di fruendi. Attamen cum ususfruc-tus per se formaliter sumptus non dicatur pars dominii ex text. in L. recte decimus 25. ff. do verborum sig-nificat; bene sequitur, quod præ-dictus ususfructus non comprehen-ditur sub illis verbis (todo o direito) sed necessario verba illa referen-da sunt ad proprietatem plenam. Unde sic positis verbis constitutio-nis dotis non est absurdum dicere prædia de Tentugal à vinculo mai-oratus exempta esse, sed videbatur di-cendum

cendum quod restitutio prædiorum de Tentugal Appellantи concedenda erat; & licet hoc respectu attento, ita illi contingere, alia tamen ratione scilicet virtute transactionis de qua fol. 8. restitutio ei deneganda est.

22 Sed prius sciendum est quod præcipuus transactionis finis est lites derimere *L. fratres* 10. *L. causas* 16. *L. nec intentio* 23. *Cod. de transactionib.* Unde fit quod transactio nulla est, nisi de lite dubia & incerta *L. i. ff. de transactionib.* *Gam. dec. 199. n. 4.* & est communis Doctorum sententia, & licet hæ doctrinæ non bene aplacentur ad nostrum intentum, quia in nostro casu dubium non versatur circa omnes res comprehensas in transactione, sed tantum circa res relietas per mortem Præpositi Sædis Ægitaniensis.

Iterum sciendum est, & querendum, an scilicet quando super una re aut causa lis effet, & generalis transactio facta proponeretur adeo, ut de aliis etiam de quibus nulla lis effet cogitarem contrahentes, & ad omnes & quascunque lites respectiva effet, tunc non solum de controvertiis pendentibus, sed de aliis etiam nondum motis facta valeret; contra de omnibus transigere partes voluerint; & quando sufficiat, si occasione alicujus litis fiat, ad hoc ut ad cæteras extendatur, de quibus judicium nondum cæptum est, tenent *Valensuel. conf. 175. n. 51. & 52. Padilha in L. si de certa n. 7. & 8. Cod. de transactionib. Anton. Faber. ad titulum Cod. de transactionib. difinit. 6.* ubi docet generalem transactionem, generalem quoque interpretationem recipere, ne qua litis materia supers sit inter eos, qui non a lite tantum, sed ab omni etiam litis metu dicere noluerunt *Castilb.*

Pars III.

tom. 4. controversiar. cap. 41. n. 53.

Plane negari non potest quod hæc est materia processus in presenti, & quod licet lis, seu controvertia effet tantum super certis bonis, attamen transactio fuit generalis, ut ex instrumento transactionis appareat; ergo recte sequitur ex supradictis, quod celebrata transactione generali, illius virtute restitutio prædiorum de Tentugal Appellantи deneganda est, quia Appellato adjudicata fuere.

Et quod transactio supradicta valida sit, probatur ex eo quia licet transactio de bonis maioratus in valida sit, ut tenet *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. a n. 7. Flores de Mena in add. ad Gam. dec. 151. Morla in Emporio tit. 4. q. 3. n. 3.* Attamen hæc regula limitatur quando transactio facta est cum facultate Regia *Molin. ubi supra dicto cap. 9. n. 20. Valeron. de transactib. tit. 4. q. 2. n. 7.* Plane in nostro casu apparent dicta facultate Regia, ut videre est ex diplomante Regio de quo fol. 9. ergo recte fit dicendum quod virtute transactionis deneganda est restitutio prædiorum de Tentugal Appellantи.

Neque Appellantи prodest beneficium restitutionis, quia, ut Appellans fatetur in depositione fol. 106. quadriennium jam clausum erat, unde per *Ord. lib. 3. tit. 41. §. 6.* ei denegatur restitutio.

Sequitur nunc tractare de restituzione emphyteusium *do Cabreiro, e Vella*, circa quam ex supra dictis deliberationem Domini mei amplector, & eodemmodo circa omnes res petitias per reconventionem Appellantе quoad illas absoluto, Judicatum confirmarem sic placet. Portu 18. Octobris 1679.

Mousinho.

Quid contrahentes intenderent

Kkk 2

in

in utroque , doris scilicet fol. 23. & transactionis instrumento fol. 8. verl. totus est præsentis controversia labor ; licet enim indubitate sit inter DD. contractus legem accepere ex partium conventione juxta text. in L. contractus ff. regul. jur. & in L. 1. §. si conveniat ff. depositi cum vulgaribus. Quale sit cuiusque contrahentis intentum obscurum ferre proponitor, & non sine dubitacione percipitur, lex enim de interioribus non judicat , & ideo ut cognoscatur contraheatum animus , exteriora notari oportet , & verborum series attendi debet juxta text. in L. si tamen §. 2. ff. de edict. & in L. labeo §. Tubero ff. supel. leg. cum similibus.

Porpensis ergo dotalis scripturæ verbis dicto fol. 23. verl. ibi : *Institue logo morgado, ou capella de todos seus bens* , & fol. 24. ibi : *Reserva ou uso fruto de todos seus bens &c.* non est dubium , duplarem propositionem generaliter disponentem inventi; Primo enim maioratu institutor omnia bona subjecit ibi : *De todos seus bens.* Secundo in vita sua omnes eorum fructus reservavit;

26 Generalis nanque luquutio , generaliter debet intelligi , & qui omne dicit , nihil excludit , ut est in jure notissimum.

Hoc supposito videndum est , quomodo ab instituente maioratum in omnibus bonis suis & eorum fructus omnes invita sua reservante, una & altera dispositio limitetur, in quo præsentis processus tota vertitur resolutio. A inspecto scripturæ ordine , prout de jure disponitur per text. in L. quoties ff. de usufruct. & in cap. mandato in fine de præbend. cum aliis de quibus Cardos. in prax verbo ordo n.5. indubium fatis videtur dispositionem primam , prima quoque limitatione restringi , & secundum

omnium fructuum reservationem , secunda etiam exceptione limitari , quod etiam ex ea ratione ostenditur , quia effectus proximiori causæ tribui debet , & dispositio præcedens 27 sequentibus verbis explicatur ex regul. text. in L. si servus plurium §. fin. & in L. qui filialibus in principio ff. legat. 1. ac per consequens illa prima generalis institutio omnium bonorum tantummodo limitata fuit , quoad fructus anni post mortem instituentis , & cætera quæ inveniuntur usque ad aliam reservationem generalem circa fructus omnium bonorum. Hæcnanquæ secunda generalitas per sequentem limitationem restringitur , hoc est , quod ad emphyteules , & vinias , nec non bona de Tentugal , horum nanque bonorum fructus , non esse maioratus institutori , in vita sua reservatos , illis tantum verbis declaratur , non autem quod diverso , & non maioratus titulo possideri possint inspecta vinculi expressione , in cuius generalitate non inveniuntur deducta , ut ex scripturæ verbis ostenditur in quibus terminis superfluum est ad merita transactionis quoad hunc effectum descendere , nec in aliis oportet immorari dubiis maxime cum omnia satis discussa a vigilissimis Patronis proponantur , & in doctissimis deliberationibus resoluta , quibus etiam subscriberem in confirmationem judicati. Portu die 31. Martii anno 1681.

Refende.

A qua sententia fuit gravamen interpositum ad supplicationis Senatum , ubi fuit confirmata & fundata in deliberationibus sequentibus.

Licet bona de quibus contendit dicendum videretur non esse comprehensa in vinculo ex diversitate dispositionis , & ex casu specialiter proviso fol. quia ex tali dispositione acqui-

acquisitum fuit jus dotatis, & bona existunt de patrimonio dorantis, & affect fuerunt à patrimonio dota-
re ex Castib. lib. 4. contr. cap. 16. n.
38. & 39. Caren. resol. 1. 91. n. 2. &
3. non comprehensa fuerunt in vin-
culo generali omnium bonorum,
quæ vinculo subjicit dorans, quia si
voluisset quod dicta bona conti-
nerentur in vinculo, superflua esset,
dicta dispositio specialis, quæ non
comprehenditur in vinculo genera-
li ex L. legatorum petitio 33. §. qui
plures ff. legat. 2. L. doli 119. ff. ver-
borum obligationibus, textus elegans
in L. cohæredi 41. §. qui patrem 5.
28 ff. vulgar. ubi dispositio generalis
per verbum, omne, non comprehen-
dit quæ habent diversam, & specia-
lem dispositionem Surd. conf. 241.
n. 26. & conf. 213. n. 76. & 77. Val-
lensuel. conf. 63. n. 129. Roman. conf.
100. n. 218. Barb. clausul. 116. n. 4.
Castib. lib. 5. cap. 89. num. 150. &
175. lib. 6. cap. 181. n. 31. eo ma-
xime quando dotans jam locutus
fuerat de maioratu, & diverso mo-
do locutus fuit de bonis de quibus
agitur absque vinculi onere, quo
casu non debent dici de vinculo ex
Lunica §. sin autem Cod. de caduc.
tollend. Cutello dec. 40. n. 37. tom. 2.
& ideo nominavit dicta bona, quan-
do disposuit de bonis emphyteuti-
cis, quæ vinculo non subjiciuntur
ex dict. à Phæb. det. 5. Pereir. dec.
26. n. 7. Carvalh. in cap. Rninald. de
testam. 2. p. num. 305. versic. occa-
sione.

His tamen non obstantibus con-
firmandam esse sententiam inferio-
ris Senatus judico, quia in consti-
tutione vinculi in omnibus compre-
henduntur bona de quibus invenitur
specialis dispositio, ut est text. ele-
gans in simili casu in L. hæres meus
98. §. uxori meæ ff. legat. 3. ibi Uxo-
ri meæ vestem mundum muliebrem;

ornamenta omnia, aurum, argenteum
quod ejus causa factum, paratum-
que est, omne do, lego. Trebatius
hæc verba, quod ejus causa factum,
paratum quæ est ad aurum & argen-
tum duntaxat referri putat, procul-
lus ad omnia quod & verum est.

Ex quibus verbis Jovoleni patet
dispositionem omnium bonorum fa-
ctam perviam maioratus compre-
hendere etiam bona de quibus do-
tans locutus fuit, quia ex simili dis-
positione includuntur omnia, & ea
quæ alias non includerentur, non
enim respicit hæc dispositio restri-
ctione, sed omnia comprehendit, ut
eleganter tradit Surd. conf. 21. n.
27. & conf. 73. n. 62. & seqq. Castib.
lib. 4. cap. 41. per tot. & n. 8. & 9.

Et quanvis in dicta speciali dis-
positione non repeteret vinculum
maioratus pro repetito habetur, ut
in his terminis ex Bartol. in L. fin. §.
fin. ff. ad Trebelean. resolvit. Cassanet.
conf. 47. n. 106. vers. & repeterent
totam vinculi præcedentis seriem, &
rationem præstat Castib. tom. 6. con-
tr. cap. 181. n. 37. & lib. 4. cap. 50.
n. 54. ad contraria respondit, & ita
mihi videtur, non obstante titulo
irrevocabili, quo fit mentio in dicta
scriptura, quia irrevocabilis est consti-
tutio maioratus, & ex eodem titu-
lo irrevocabili datus censetur Pereir.
dec. 48. cum aliis doctissimus Pegas
cap. 4. n. 125. & seqq.

Et in hoc casu mihi videtur hanc
resolutionem esse indubitabilem etiā
ex declaratione transactionis, non
obstantibus allegationibus nullitatis
contra eam oppositis, quia transivit
quinquennium, & maior factus intra
quadriennium debet implorare resti-
tutionis beneficium, adversus actus
à segestos in minori ætate ex Ord.
lib. 3. tit. 41. §. 6. nam si tacuit per
quinquennium. contrariū alienatio-
nis onerosum ab eo etiam nulliter
factum

sactum , postea non potest dicere nullum L. fin. Cod. si maior factus. Portug. de donat. Reg. cap. 19. n. 42. cum multis eleganter noster Pegas in comment. ad Ord. tam. 7. ad lib. 1. tit. 87. §. 28. gloss. 30. n. 13. & seqq. ubi n. 17. cum Portugal loquitur in casu proposito , in quo minor alienavit , & ad hoc impetravit veniam aetatis ; Ideoque ex dictis , & in aliis deliberationibus inferioris Aula tam in actione , quam in reconventione sententiam confirmandam esse judico. Ulyssipone 5. Augusti 682.

Freire.

An prædia de Tentugal maioratui vinculata censeantur , illius contentionis principalis questio est ; in qua tam præcedens Dominus quam meritissimi gravaminum inferioris. Aulæ expeditores lato calamo dixerunt , nunc mihi in ultimo loco liberanti nihil ad dicendum deest , nisi jam dicta repetam ; Et vere in hoc calu adæquatum venit proverbium ; habent repetita saporem : quia magnam continent dicta eloquentiam : dico sane præcedentium Domitorum vestigia sequens , dicta bona maioratui obnoxia esse nullo dubio carere , quod bene verificatur tam ex mente institutoris , quam ex verbis institutionis.

Ex mente institutoris , quia scripturam a fol. 23. dotis , & maioratus fecit per sequentia verba , Instrumento de dote , e constituição de morgado: 32 duo principaliter continent dicta verba , dotem , & maioratum , dos respicit matrimonium filiae , maioratus , dotem in ipso maioratu filiae constitutam , & non est novum in dote maioratum constituere. Valasc. cons. 153. Larrea alleg. 26. n. 17. & 27. & in his terminis voluit institutor , ac donator filiam cum maioratu bonorum suorum dotare , & in dote maioratum instituere ; & quod

hæc mens institutoris fuit sonant dicta verba , animus nanque & voluntas ex verbis probantur L. cum virum Cod. de fideicommiss. L. penultima delegat. 1. 33

Ex verbis institutionis , quia in dicta scriptura dotali hæc inveniuntur verba. Que elle dito Reverendo Chantre institue logo morgado ou capella de todos os seus bens havidos , e por haver moveis , e de raiz , que agora , e ao tempo de sua morte se acharem. Verba semper sunt interpretanda proprie , & in significatione absoluta , quando sic absolute proferantur L. 1. §. 1. ff. de donationib. L. si ita quis §. fin. ff. de legat. 2. & illud verbum omnia est universale , & nihil excludit L. Julianus & in L. testatorem in princip. ff. de legat. 3. L. hoc artic. ff. de haered. instituend. Menoch. rem. 5. recuper. n. 194. ubi ait , quod natura hujus dictioonis est latissima , & omnia comprehendit , sive mobilia , sive immobilia , & propter suam generalitatem complectitur , quæ alias non includerentur , per Bartol. in L. generali §. uxori ff. de usufruct. legat. Surd. dec. 255. n. 8. & cons. 453. n. 44. & cons. 466. n. 25. Mascard. conclus. 148. sub. n. 9. Si ergo tam mens , quam verba institutoris omnia bona comprehendunt , quare excusanda sunt prædia de quibus agitur , si cum aliis bonis subdita generalitate etiam comprehenduntur.

Er magis in specie institutor suam declaravit voluntatem per sequentia verba. Esómente por via de dote irrevogavel entregará logo como defeito entrega o seu prazo de Santa Luzia &c. Quæ verba vicem declarationis obtinent , & omnia alia bona quæ in dictis verbis nominata non fuissent , vinculo maioratus pertinebant , illud importat verbum 35 sómente quia est taxativum & declarativum

rativum voluntatis testatoris ex argumento text. in L. cum certus numerus 5. ff. detriticō vino & oleo legat. in cuius terminis texus testator legavit centum amphoras vini. quod ex fundo semproniano nascetur, fundus solum dedit quinquaginta amphoras. Quætitur an debeantur tantum quinquaginta, ex eo quod fundus amplius non dedit, an centum secundum testatoris dispositio nem, & ait textus ibi. Placuit non amplius deberi, & quasi taxationis vicem obtinere hæc verba. Si testator dixisset absolute centum amphoras relinquio in fundo semproniano, tunc centum amphoras obtinere debet legatarius, ut ait glossa ibi. Sed cum addidit verba, quod nascetur ex fundo; quæ vicem taxationis, & declarationis habent, ideo tantum debetur quod ex fundo nascetur.

Institutor in nostro casu voluit emphyteuses donare, & cum alia sua bona maioratu vinculasset, se explicavit per illud verbum tantum, quod est taxatium & expressum includit, & reliqua excludit L. qui aliena §. libertos ff. de negot. gest. & in L. qui sella §. qui actum ff. servitut. rusti cor prædior. Surd. dec. 291. n. 19. Cald. de renovat. q. 11. n. 15. Ex quibus bene probatur bona, de quibus agitur non comprehendi sub donatione, sed vinculo maioratus obnoxia esse, & ita cum precedenti Domino convenio, tam in ea parte, quam in aliis de quibus fatis dictum extat ad confirmationem judicati. Ulyssipone 20. Octobris 1682.

Motta.

No Feito de Pedro Carvalho Valdeveço, com Diogo Affonso, Escrivão Manoel da Costa Bahia, se deu a sentença segniente.

Acordaõ os do Desembargo &c.
Não foy bem julgado pelo Juiz desõz

ra d'idade do Funchal da Ilha da Madeira em julgar pertencer a A. appellante a restituçāo que implora tanto contra a lezāo das partilhas, como contra a transaçāo, declarando por nullas huma, e outra causa, ou rescindindoas por ficar em tudo notaria mente leza, mandando fazer de novo as ditas partilhas, e no mais conselho na dita sentença, revogando os vistos os autos, e como delles consta que posto que a A. no tempo da transaçāo fosse menor, toda a via o fiz com todas as solemnidades, e requisitos de direito, intervindo a autoridade, e consentimento do tutor, e curador, e o decreto do Juiz, nos quae termos foy validamente, e sem nul lidade alguma, e posto que outro sim pela idade lhe competio a restituçāo, toda via para se rescindir por ella o auto contra que se implora, não bas ta o implorala, senão que he necessario que se prove a leza, e muito mais na transaçāo, na qual não he bastante qualquer para se rescindir pelo dito remedio, mas antes he necessario que esta seja immodica, não a respeito do que se recebeo, ou retereo mas do valor do futuro evento da demanda, que ha, ou se teme sobrevenha o que a A. Appellante, não só não provou, mas nem ainda allegou, nos quae termos lhe não compete a dita restituçāo, nem por ella se deve facilmente rescindir a transaçāo por ser o mais efficaz remedio com que se dá fim ás demandas tão das nosas ás partes, e à Republica, por tanto julgo por valida a dita transaçāo, e que pela restituçāo, implorada senão deve rescindir, e mandão se cumpra, e guarde como nela se contém, e paguem os AA. appellantes as custas dos autos em que os condenaõ. Lisboa 4. de Novembro de 1690.

D. Maja. Matoso. Vieira.

Hæc

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

- Partiones transactio probatas iterum evolvere intendit Actrix, restitutio ad hoc implorans auxilium, quia & minorem, & laesam nos suadere conatur: Sed an civiliter queratur tota hujus iuris disceptatio est, & ut clarius procedamus, aliqua prius prænotanda sunt. Advertendum igitur est primo, quod
- 37 ut transactio valeat, non est necessaria actualis existentia litis sed ejus timor sufficit text. in L. cum te 2. Cod. transactionibus ubi Barb. in collectan. cum pluribus Valens. cōsil. 175.
- 38 n. 2. & etiam post sententiam admittitur, si adhuc ab ea potest appellari Barbos. in collect. L. si causa cognita 22. Cod. transact. n. 5. Valensuel proxime
- 39 n. 4. Advertendum etiam est, non minorem autoritatem ad lites finendas, jus nostrum tribuisse, transactioni, quam reiudicatae L. non minorem Cod. transact. & ideo ut exceptio peremptoria impedit processum inchoari Barb. in L. fratris primo Cod. transactione n. 1. & ultimo, & est indubium.

Advertendum etiam est, quam plurimas specialitates in transactionis favorem, ejusque stabilitatem à nostro jure introductas fuisse, in primis in hujusmodi contractu, quavis in nominato pœnitentia non admittitur Valensuel promissim. 9. & 10. & etiam non de fuere quam plurimi, & gravissimi patres, qui in hoc contractu L. 2. Cod. rescind. locum non habere affirmarunt nec lesionem ultra dimidium esse admittendam Valensuel. proxime n. 24. & licet contraria communior sit & apud nos in concusse obervanda propter Ord. in 4. tit. 13. §. 6. Barb. in Collectan. d. L. 2. Cod. rescind. n. 36. tamen cum Alexandr. concludit excessum non modicum, sed immodi-

cum in transactione ultra dimidium lesioni, & dictæ legis secundæ locum facere.

Advertendum utique est ad laesi- 40 onem in transactione introducen- dam, attendendum non esse ad estimationem rerum, ceu actionum per transactionem amissarum, sed ad dubii eventus valorem Barb. in dicta L. 2. dicto n. 35. Valensuel di- cito consilio 175. n. 26. & in dubio in hoc contractu non præsumitur laesio Valens. proxime n. 27.

Advertendum est etiam, quod 41 licet restitutio adversus transactionem minori de jure concedatur juxta totum titulum Cod. si adversus transactionem, & ibi Doctores, ne- cessitatem tamen est, ut eum obtineat, ut se laesum proberet, ut non qualicunque lesione sed enormi ut docet ex pluribus Barb. in Collectan. L. 1. Cod. si adversus transactionem n. 3. & merito cum hic contractus in jure favorabilis, & minori utilis præsumatur.

His ita de jure suppositis, super- est, ut prædictas juris regulas ad nostram hypothesim contrahamus; & visa scriptura transactionis eam validam, & omnibus numeris abso- lutam exstimo, cum ab Actrice, tu- toris autoritate judicisque decreto interveniente celebrata detegatur, prout de jure necesse erat Barb. in Collectan. d. L. 1. Cod. si advers. transact. in fin. & licet transactio non 42 nisi aliquo dato, vel retento, vel promisso subsistere possit L. transac- tio 38. Cod. transact. & ibi. Docto- res; non defecit hoc requisitum in nostra transactione ut patet ex dicta scriptura, & patet ex quietatione recepti.

Non defecit utique transactionis materialis causa, nempe res dubia nam ut hæc interveniret, meo arbitrio sat erat, ut super partitionibus tran-

transactio caderet, ex his namque quæ plurimæ solent lites oriri, ut quotidie experientia docet, & illæ per sententiam decisæ extarent, adhuc ab ea appellari poterat, adjudicationes, quæ in favorem Actricis factas variari, prolixumque iurgium currere in grave, & laboris & expensarum dispendium, & hæc omnia ex dictis satis sunt, ut transactio legitime fieri posset.

Quare cum transactio in valida sit; videamus an Actrix restitutionis auxilio enixa, & læsionis prætextu eam rescindere possit, & non improbabiliter dici poterat, nostram minorem non esse restituendam, cum in judicio se maiorem affirmasset, immo de facto probasset per testes ad sui instantiam productos, ut maioremque judicatam, hancque post sententiam transactionem aprobavit, dum ejus virtute recepti liberacionem Reus præstis, & si minor extrajudicialiter se minorem dicens regulariter non restituitur juxta textum, sed si minor se maiorem dixerit, à fortiori quando in judicio, an judicis, & magistratus oprobrium arg. text. in L. confessionibus 13. ff. de interrogatoriis act. Deinde quia post sententiam, quæ Actricem minorem judicavit, amplius de ejus ætate disputandum non erat, neque querendum, sed an judicatum fuisset, tanta est enim sententiæ autoritas, ut faciat de albo nigrum; nec adversus hanc sententiam restitutionem imploratam video in actis, ut ei prodesse possit tit. Cod. si adversus sententiam; & quanvis ut minor se maiorem dicens non restituatur, necesse sit hoc dolose fuisse ex text. in L. 2. Cod. si minor se maiorem dixerit, & de hoc dolo commisso non constat, tamen contra minorem præsumptio est, ex gloss. in dicta L. 3. & quanvis Doctores a calu recedunt,

Pars III.

nosterque Ægid. in L. ex hoc jure p. 2. cap. 3. n. 28. solum in sagace minore dolum præsumat, etiam in hac opinione contra Actricem mihi præsumptio est, cum illa maioris ætatis asseveratio ad suorum bonorum administrationem tenderet, & feredum non est, ut minor maior judicatus contrahentes ipsa sententia, judicisque autoritate fallere possit. Sed dato, quod nostra Actrix etiam prædictis non obstantibus restitucionem implorare posset ex alio capite eam repelleremus; nam se læsam in transactione nos non docet, nec docere poterat visis libelli valde diffusi, & confusi articulis, in illis namque solum allegantur errores, solemnitatumq; defectus in partitionibus occurrentes, & hæc allegationes in partitiones influunt, nullitatemq; earum arguunt, minime tamen transactionem inficiunt, has tamen ut allegare posset prius transactionem in fringere tenebatur, & ut hoc consequetur, allegare, & probare debebat, justum dubii eventus valorem pretioque diminuto fuisse ab ea demissum, seque circa id enormiter fuisse læsam, ut in præsuppositis adnotavi & cum hoc non probasset, immo nec allegasset, contra transactionem obtinere nequit, & illa in suo robore permanente, adversus partitiones Actrix audiri nequit, cum ei deficiat actio, utpote per transactionem sopita, quam adunguem observare puto, & hæc sufficiente sententia revacanda, transactione que defendenda, reliqua ad actiori calamo sequentes patres docebunt. Ulyssipone 22. Martii 1690.

D. Vieira.

Ex elegantissime prænotatis à Domino sapientissimo constanter convenio in revocationem judicati non obstante minoritate AA. allegata, cum transactio omnibus requi-

sitis de jure necessariis celebrata fuisset in ea enim non incindimus læsionem per quam retractari debet, & nihilominus ut minor restitutio
44 tuatur adversus transactiōnēm ne-cessaria est grandis & enormis læsio non qualis qualis *Cald. in L. si cura-torem verbo læsis n. 154.* dubiis quæ notari possunt tatisfit vigilantissimus patronus in suis præorationibus sic placet. Ulyssipone Augusti 5. anni 1690.

Mattoſo.

Litem, & variis ſententiis decisam, & tandem transactiōne finitam in praesenti libello fufcitare Actrix deſiderat ad quem finem varias parti-
tionum recenſet nullitates, dato ta-
men quod aliquæ interveniſſent, omnes illa ultima abſorbuit transa-
ctio, & dum illam reſcindere, in quo
tota processus ſiftit dubitatio, vir-
tute reſtitutiōnis intendit, in vanum
deſudat, legitime namque celebra-
ta extat, dum in illa & tutoris, &
curatoris conſenſum, ac tandem ju-
dicis decretum interveniſſe conſtat,
& quod ad deſideratam reſtitutiō-
nem, quanvis legitime Ab Actrice
poſtulatam fuifſe annuamus, adhuc
ipſa ſaltem enormem læſionem ha-
bito respectu ad futurum litis even-
tum, non verò ad datum, vel reten-
tum prout totum in transactiōne ne-
ceſſum erat, non ſolum interveniſſe
non probat, ſed nec ſaltem alle-
gat, cumque hoc totum ad reſcindendas
transactiōnes reſtitutiōnis
prætextu requiratur, & adhuc
facile reſcindi non debere jura co-
medent, cum per illas litium tollat-
tur error partibus adeo, & Reipu-
blicæ nocivus, præſentem ſuſti-
nendam eſſe ſententia revocata magis
placet. Ulyſſipone die 20. Octobris
anno 1690.

D. Maya.

De inclusione & exelusione,

ex caducaſione ſecundæ ſubſtitutiōnis, ob caduci-
tatem primæ & quando corrupto antecedenti gradu ſubſtitutiōnis, caducentur ſequentes vel potius intre-
vulgaris in fideicomiſſo aut
maioratu ad hoc ut detur in-
clusio vel excludi ſuſſorū
maioratus.

S U M M A R I U M.

DD. de materia. n. 1.

Vulgaris ſubſtitutiōnis forma. n. 2.

*Omnis ſubſtitutio, eſt conditionalis
diſpoſitio. n. 3.*

*Verbum illud etiam extraneos com-
præhendit. n. 4.*

*Verbum gerundii importat condi-
tio-
nem. n. 5.*

*Quando fideicomiſſum a testatore
poſt mortem hæredis gravati re-
linquitur, ſub condicione, reli-
ctum cenſetur. n. 6.*

*Cum incertitudo dici mortis in hæreat,
hæc pro condicione reputatur.
num. 7.*

*Conditionalis diſpoſitio dicitur, qua-
ndo ponitur incondicione relin-
quere, vel non filios. n. 8.*

*Cum diſpoſitio ſit conditionalis, re-
quiritur purificatio illius alias
locum non habet ſubſtitutio. n. 9.*

*Quando ſuſſionis ius in aliquem
non eſt delatum in ipſius filium
non potest eſſe transmiſſum. n. 10*

*Ante condicione exiſtentia nul-
lum datur iuriſ, ac obligationiſ
principium, quod transmittatur,
neque*

neque dicitur vocati diem cedere
n. 11.

Defecta conditione substitutionis, ha-
beri debet dicta substitutione ac si
facta non fuisset n. 12.

Tempore mortis requiritur existen-
tia vocati, defectus illius, &
conditionis vocationem facit ca-
ducam. n. 13.

Caducato gradu ex defectu conditio-
nis, caducati fuerunt omnes ab
eo descendentes. n. 14.

Ad vocationem introducendam, quæ
qualitates requiruntur n. 15.

In casu caducationis gradus succedit
filius. n. 16.

In nostro regno servandum est jus com-
mune, et non Castellæ. n. 17.

Appellatione filiorum non veniunt ne-
potes in præjudiciū vocati. n. 18.

Linia non incipit nisi ab illo qui oc-
cupat maioratus possessionem
aut successionem. n. 19.

Spē resultans ex vocatione est incer-
tan. n. 20.

Spē habetur pro veritate n. 21.

Et sic potest donari. n. 22.

Et obligari. n. 23.

Et ejus empirio contrahetur. n. 24.

In spe vendita habet locum remedium
legis 2. C. de rescindend. vend.
n. 25.

Propter spēm quis mettitur in posse-
ssionem bonorum. n. 26.

Non potest quis privari sibi jure com-
petenti, ut spē sine facto suo. n. 30.

In actione legis Aquilæ venit dam-
num spei. n. 31.

Caution ita datur propter spēm sicut
& propter rem. n. 32.

Consistit stipulatio ejus, quod nondum
est, tamen esse speratur. n. 33.

Spē deberi dicitur, quod est impotentia
de præsenti n. 34.

Jus competens de futuro sub aliquo
eventu, bene potest renuntiare.
n. 35.

Contractus spectativus, seu conditio-
Pars III.

nalis, pendente conditione ligat
& revocari non potest. n. 37.

Spē provenit ex futuro eventu, &
falacissima res dicitur. n. 40.

In maioratu successione, non attendi-
tur ad jus oratum tempore insi-
tutionis, sed tempore delatae suc-
cessionis, ex qua oritur ad succes-
sionem obtainendam quia vocatio
reducetur ad esse vel non esse. n.
42.

Quando aliquid pendet a futuro e-
ventu, quod potest se habere ad esse,
vel non esse non habet spem in ali-
quo jure de præsenti, nec debet
considerari. n. 43.

Distinctiones in hac controversia. n.
44.

Spē dupliciter consideratur, & qua-
tenus vinculis juris non est mu-
nita, sine jure immediato voca-
tur vana. n. 45.

Spē super qua transigi licet. n. 46.
per totum.

Fateri videtur adversarius, quæ non
contradicet. n. 47.

Confessio facta per successorem omni-
modam meretur fidem dum con-
trarium non probatur. n. 48.

HAec quæstionem proponunt, &
resolvunt uterque Luca
unus delineat legal. respons. Alter
theatr. verit & just. discurs. 107. 108.
109. 110. 112. 113. 114. & dis-
curs. 131. eleganter cum multis
Quetzada Pilo forens. contr. cap. 27.
per tot. Altograd. contr. 55. 56. &
57. eleganter Rosa consul. 44. &
Nos diximus supra tom. I. cap. 5. n.
549. & seqq. & vide Valasc. cons.
139. & vide resolutiones & sententias
de quibus infra cap.

Urseol forens. resolut. cap. 82 ubi
etiam an conditio superviventia sci-
licet si tunc Titius vixerit, cum
similibus, substitutioni gradus me-
dii apposita, an dicatur necessaria;

vel potius voluntaria, ita ut ea non verificata faciat, vacillare & deficerre omnes sequentes substitutiones, non obstante clausula adjecta vulgariter & per fideicommissum & vide DD. à nobis citati ubi supra & sententias sequentes.

No Feito de Joseph Gomes de Arvellos, com Manoel Rodrigues Jacome, Escrivão Manoel Gomes Machado, se deu a sentença seguinte.

Não foy bem julgado pelo Juiz em condemnar aos RR. larguem aos AA. as casas de que se tratou para sua filha Maria da Luz neta de Domingos Alvares Perdigão: revogando sua sentença vistos os autos disposição do testamento de Domingos Alvares pelo qual se mostra, que as substituições que fez foram condicionaes no caso; que seu filho antes do primeiro nomeado não entrasse a possuir as ditas casas, e como se mostra, e os Ad. o confessão, que elle a possuia, cedurara as substituições, e ficou em seu vigor a disposição de que poderia dispor delas, e as haverá com seus herdeiros, para delas fazer, o que lhe parecer, e como se mostra que a A. ficou herdeira do dito Antonio Alvares, nem era necessário, que fosse do seu sangue, por que conforme o direito; na palavra herdeiros, se comprehende os estranhos; e a condição do encargo de Missas não induz Capella absolvem aos RR. do pedido pelos AA. aos quais condamnão nas custas dos autos. Lisboa 5. de Julho de 1685.

Freire. Pereira.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentis.

2 Supponendum primo donationem factam filio monacho, non proprietatem domus, sed usumfructum tantum importare proprietatem vero filio Antonio, testator, sicut donator, dona dedit, primum constat in ipsa

donatione fol. 17. ibi: *dos rendimētos, & ibi: e arrecadar seus rendimentos*, secundum fol. 18. ibi: *a seu filho Antonio Alvares.*

Supponendum secundo neutiquam hic, fideicommissarium, vel expressæ, vel per compendium, fuisse factam, sed omnes substitutos vulgariter esse vocatos, patet, quia testator substitutos sequentes invitavit, eo casu, quo, praecedentes, domos non occuparent, & non advocatos, ut vita, vel morte restituerent, sed ad sequentes, casu, quo primi vocati deficerent, antequam caperent, verba direxit, quæ est vulgaris substitutionis forma, dilucide *Donel. lib. 6. comm. cap. 22. vers. ita quid sit.*

Primus vocatus ut fol. 7. fuit testatoris filius Antonius, & sequentes substitutiones evanescere, non enim conceptæ sunt casu, quo ipse Antonius occuparet, sed casu, quo non occuparet sed omnis substitutio est conditionalis dispositio *L. cohæredi 41. §. cohæres ff. de vulgar. & pupilar. L. in ratione 11. §. quod vulgo ff. ad L. falsid. talitem quoad effectum: ergo conditione deficiente, dispositio subea concepta, evanescit, L. si ita scriptum §. 1. ff. delegat. 2. L. si filius qui patri §. cum filius ff. bon. libertor. L. quidam in testamento ff. de fideicom. libertor. L. si quis hæredim Cod. de insit. & subst. Reinos. obs. 64. n. 12. & seqq. cum ergo sequentes substituti admissi sint, eo casu, quo dictus Antonius permoreretur, qui tamen supervixit, & domum occupavit, illas evanuisse proculdubio statuendum est, id plane colligitur, cum facilis argumento, tum ex ipsis verbis testatoris argumento, quia sequentes vocati sunt, casu quo praecedentes præmoriuntur, ast Antonius vixit, qua ergo dialectica inscitur*

seritur, idem voluisse testatorem in casu superviventiae, quod in casu mortis? cum ipse testator non exprimerit ex verbis testatoris, quia irrefragabilis est ejus dispositio fol. 8. ibi: *Com declaraçāo, que o que primeiro chegar a possuillas, as haverá com seus herdeiros para dellas fazer, o que lhes parecer, &c.* Primo itaque obtinenti data facultas de dicta domo libere disponendi: quo discurso hinc infertur illum gravatum a tricis filiæ restituete? neque obstant, quæ circa verbum illud a testatore expressum com seus herdeiros, nempe post mortem Antonij addictam domum, solum ejus filios admissos, non vero extraneos; sed hoc quidem frigidum est, quando verbum *hæres* solum hæredes sanguinis, quando autem etiam extraneos significet id ex variis disponendi formulis intelligitur satis sit dicere, testatorem non conditionaliter, sed dispositive de Antonii hæredibus meminisse, quibus intermis-
4 nis verbum illud etiam extraneos compræhendit, ut per multa jura Reinos. obs. 68. n. 17. expræsse Peregrin. de fideicom. art. 32. n. 16. 30. & 32. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 14. n. 2.

Quod autem dicitur exonere 50. missiarum capellam institutam cum tale onus simpliciter impositum sit, hoc nec pedes nec caput habet Cald. forens. q. 23. n. 56. Reynos. obs. 68. n. 15. Lara de capellan. lib. 1. cap. 4. à n. 15. Flores q. 17. à n. 31. pluribus Castilh. lib. 4. contr. cap. 9. ex his judicatum censeo revocandum. Ulyssipone 29. Februarii 685.

Pereira.

Ego etiam libenter convenio Carneiro. Idem teneo Freire.

No Feito de agravo de Belchior Moreyra de Barbuda, com Maria de Freitas, Escrivão Domingos Luiz de

Oliveira, se deu a sentença seguinte.

Instantia tunc & eo casu transit ad successorem maioratus quando mota questione à possidente illius super aliquibus iuribus & bonis ad eum pertinentibus pendente lite decessit, & successor maioratus ejus obitu protali habitus sine controvèrsia & contradictione ac cæterorum bonorum possessor tanquam interesse habens, & ad defendendum eum paratus, ac obligatus causam prosequi intendit, & ad hanc obligationem satisfaciendam se offert,

Pars III.

& habilitare conatur, & in his terminis loquuntur DD. qui resolvunt ad illum instantiam transire, ut videre est apud DD. Castilh. controv. lib. 2. cap. 9. per tot. Valens. 1. tom. cons. 60. à n. 1. Larrea dec. 35. Peguera dec. 20. q. 2. Cancer 2. tom. variar. cap. 16. Gracian. cap. 736. à n. 18. P. Molin. de justit. disp. 647. n. 4. plures alios refert Barb. glosator ad Ord. lib. 3. tit. 27. §. fin. num. 7. hanc conclusionem ponend. 5. lis cx. 18 pta cum possidente maioratus transit ad successionem in maioratu, at vero in præsenti inspectione nimis diversa sunt, non actio mora in appendice eo tendebat, ut A. successor maioratus declararetur, R. penitus ab illius successione excluso, & per consequens contentio erat superius successionis, & in hoc casu nunquam appellatrix poterat R. defuncto se ad causam prosequendam habilitare, tum ex eo quoniam illius hæres non est tum etiam quoniam non potest consequi via summaria habilitationes id quod requirit altiorem indaginem, & via ordinaria ager, ut definiatur, tum etiam quoniam cum contentio sit, an R. verus & legitimus successor esset maioratus, quæ est principalis causa in hoc puncto, appellatrix non est legitima contraditoris, nec adeam attinet sive ratione aut interesse si talis judicatus sit nec ne, & ideo deficiet meum fundamentum principale habilitationis, quæ ad eum finem dirigitur, ut interesse in causa habentes eam prosequentur, & auditii sint, declarat Cabed. p. 1. dec. 198. & DD. citat. à Barbos. ad d. §. fin. n. 3. & si objiciat principale in tantum habilitationis esse ut successor maioratus declaretur, hoc non est materia causa, superquam talis habilitatione cadere possit immo resultat manifesta contradictione & repugnancia, ut habilitata

Ppp bilitata

bilitata pro successore postea repel-latur & contraria proferatur senten-tia ultra quod Judices appellationis ad cuius prosequutionem habitatio-nem procurat, de hac materia cognoscere non possunt, cum tantum jurifictionem habeant super ea quæ per appellationem devoluta sunt, nempe an Reus in cuius locum se subrogare intendit, sit legitimus successor mai-oratus, & sic appellatus tanquam tertia super cujas jure adhoc non contenditur, non potest se ingerere, ut de eo cognoscatur contra text. in element. de appellat. L. per hanc Cod. temporib. appellationum nec manet destituta remedio quoniam ad viam ordinariam recurrere potest, prout in sententia ei jus reservatur, & poterat etiam medio oppositionis se subvenire, quod proponit Ord. lib. 3. tit. 20. §. 31. qua propter meo inepte iudicio intendit appellatrix se habilitare ex causa in qua nullum interesse habere potest, nec est legitime contradictoris, & maxime quia dico quod sententia confirme-tur in instanti appellatiene R. in il-la causa penitus repulso, hoc ei non officit, ut ostendo meliori jure successionem maioratus consequatur, utendo remedio à jure & Ord. preposito.

Ultra quod quoniam instantia erat perempta, & consequenter ha-bilitatio infructuosa, quoniam ut constat ex tenore suo extracta à pro-cessu appenſo, & in his actis pon-derata fol. 213. unde Reus condem-natus ad sententiam appellationem interposuit, & eo defuncto ejus hæ-res eam ratificavit, & habilitatus fuit, cumque intra terminum sex men-sium statutum in Ord. lib. 3. tit. 90. §. 3. eam prosequi non valet citatus ad desertionem ut in d. Ord. requiri-ritur interdictio non apparuit, immo declaravit, nullam dubitationem ha-

bere ut appellatio pro deserta judi-cata fuisset, & ita definitum fuisse afferitur, quibus interminis instan-tia in totum persit ex depositione ordin. cessat totale fundamentum habilitationis ex quibus & aliis à Patrono appellati consideratis Au-ditoris indubie sententiam confirma-re. Ulyssipone 669.

Da Cruz Freire. revocata Judicis sententia.

In eodemmet confensiere Judices Noronha. & Cardoso.

Atque ita verior videtur hæc re-solutio.

Et quando contraria sententia ¹⁹ sequenda foret, limitatur quando prædecessor cum quo fuit cæpta instantia, non se bone se habuit, in ad-duendis defensionibus quas habe-bat, vel habuit culpam aut comisit delictum subtractionis instrumentorum, aut falsitatem in illis, quia tunc non transit instantia ad successorem sed novo libello agit potest quia d. actu non præjudicant successori, nec omissiones aut delicta prædeces-soris, nec in hoc casu transit instantia L. dictum §. si compromisero ff. evict. L. petro §. fratre ff. leg. 2. cum aliis de quibus Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. n. 10. & probat text. in L. 3. ff. de interdict. & releg. ibi: quæ vero non à patre, sed à genere, à Civitate, à rerum natura tribuntur ea manere eis in columna. L. si erro-gator 22. ff. de adopt. ibi: quia hoc non iudicio ejus, ad eum pervenit, sed principali providentia L. unum ex familia §. sed si fundum & §. si de falsidia ff. leg. 2. Mier. de maior. 4. p. q. 14. n. 28. 29. & 31. probat text. elegans & singularis in L. si prætor §. Marcellus ff. judic. ubi in simili hæc verba J. C. inquit existimo de-bere judicem quærellam admittere probat etiam Sanch. de matr. lib. 7. disp. 100. n. 4. & 8. ibi: Tertio de-ducitur

ducitur, ut hæc sententia rescindatur oportere condemnatum uti nova quærela novoque libello. *Notat Mier. de maior. d. q. 14. n. 28. ibi:* sed quod de novo audiendus est & rationem præstat *Valeron de transact. tit. 3. q. 2. n. 13.*

20. Et in specie hujus limitationis, ita supponunt & resolvunt DD. citati pro contraria openione, ut tenet *Valenz. d. cons. 60. n. 61. ibi:* Neque obstat resolutio *Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. n. 6. & Valasc. cons. 160. n. 1.* quatenus videntur tenere instantiam transfire in successorem maioratus; nam ex fundamentis superius deductis, certior, & securior est opinio contraria; & in rigore opinionis *Molin. limitatur*, quando prædecessor cum quo fuit cæpta instantia, non se bone habuit in adducendis defensionibus, quas habebat & num. seqq. multis comprobavit exornat & idem inquit *Valasc. d. cons. 160. n. 1. ibi*: Frequens est quæstio ista apud Tribunalia nostra; An in successorem maioratus transeat instantia litis, incoata à possesso! & vidi, non semel in senatu nostro judicatum transfire, ad præcidendas lites novas, & quando non opponitur, collusionem aliquam intervenisse in lite, vel aliquid relevans omisum in processu litis, & tenet etiam *Castil. lib. 2. contr. cap. 9. n. 9. & lib. 5. cap. 157. n. 22. & seqq. Fusar. de subst. q. 620. n. 4. Capiblani tom. 2. de Baron. cap. 73. in fine Lencal ad Peregrin. de fideicomiss. art. 53. pag. mihi 361. vers. hæc concessio, Add. ad Rot. cons. 82. n. 6.*

21. Quare etiam in hoc casu neque præjudicant acta nec sententia, ut dicunt jura & DD. quos ego ipse refero forens. resol. cap. 4. n. 84. & novissima impressione in add. tom. 1. pag. 324. & 325. atque ita in hoc casu non obstat res judicata ex di-

Pars III.

Etis & quæ in simili tradit *Cald. cons. 36. n. 1. & seqq.*

Limatur etiam quando pars litigans est minor²², quia tunc potest implorare restitutionem in integrum adversus sententiam, & instantiam etiam judicatam, ad hoc ut revertentur, & non transeat, ut eleganter & in specie tradidit *Valenz. d. cons. 60. n. 48. ibi*: & ita quanvis acta d. litis præjudicant d. Domino Ferdinando Valdes, adhuc dicto minori competit contra ea restitutio, non solum quando acta fuissent cum alio, sed etiam si facta fuissent cum d. minore, & causa decisa, nam minor restituitur contra lesionem resultantem, exactis, & sententia nec possunt nocere dicto minori acta cum illius patre; nam actus tertii ²³ non præjudicant minori quoad restitutionem in integrum, & ibi multos refert & n. 49. & 50. & n. 51. prosequitur his verbis. Et eadem in integrum restitutio competit d. domino Francisco minori adversus quemcumque actum præjudiciale, à patre illius factum, in limitationem, desistentiam, renunciationem juris quod maioratus habebat, & eleganter interminis num. 71. vers. quod certius *ibi*: Quod certius est, quando maioratus successor est persona privilegiata, prout est ratione minoris ætatis d. D. Franciscus de Valdes, casus in quo non loquitur aliquis Doctorum, qui opinati fuerint instantiam transfire in successorem, in cuius generalitate non comprehenditur privilegiatus, cui competit beneficium restitutionis in integrum, & ibi DD. multos allegat, & usque ad finem confirmat.

Et quid quando lis est super la- ²⁴ ceratione institutionis facta ab antecessore an noceat explicat *Bichius dec. 160. n. 16. 17. & 18. & per tot. & transfire instantiam vidi judicatum*

in causa Joannis Pereira de Vasconcellos & etiam in causa spolii & possessoria circa prioritate possessionis; & in processu Francisco da Costa Correa cum Antonio Vieira apud Notarium Manoel de Goes Pinheiro Et vide Carleval de judic. tit 3. disp. 14. n. 1.

No Feito de Francisco da Costa Correa com Antonio Vieira Veigaõ, Escrivão Manoel de Goes Pinheiro, se deu a sentença seguinte.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Aggravado foy o aggravante pelos Dezembargadores da Casa do Porto em confirmarem a sentença do Juiz: revogando sua sentença vistos os autos, e como delles se mostra estar já pendente a causa sobre a posse do morgado da contenda, com o pay do aggravado, e conforme a direito contra elle de via passar a instancia no mesmo estado em que se achava por morte do dito pay, por quanto posto o aggravado allegue não existio seu herdeiro, contendere contudo ser seu sucessor no morgado, o que he bastante para contra elle passar a dita instancia, pois ficou sendo sucessor necessario, ainda que particular, por tanto recebem os artigos de habilitaçā, e os julgaõ por provados para effeito de se continuar com o aggravado a causa de posse, que com seu pay estava principiada: e condemno ao aggravado nas custas dos autos. Lisboa 14. Dezembro de 1686.

Vieira. Vogado. Rezende.

Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Tota questio hujus contentionis est, utrum litis instantia cæpta cum patre super maioratus possessione, qui in illa præcedere, & conservari contendebat (mortuo patre ante sententiam) transeat contra filium qui se ex propria persona noviter in prædicti maioratus possessionem

introduxit, confitens se illius successorem esse, & non patris hæredem.

Transire in his terminis instantiam litis contra filium mihi juri consentaneum magis videtur per text. in L. si operarum 29. ff. de oper. libertor. tenent Molin. de primog lib. 4. cap. n. 6. qui dicit hanc esse communem opinionem ex Jason in L. 1. ff. ad Trebell. n. 10. Larr. p. 1. decif. 35. n. 17. & 18. & fere per totam Castilh. tom. 2. cap. 9. n. 1. cum seqq. Valasc. cons. 160. Peregr. de fideicom. art. 53. n. 6. Cald. Pereira in forens. question. lib. 1. q. 23. n. 81 qui n. 83. vers. Sed prima opinio dicit hanc esse communem, & ve- 26 riorem opinionem, quod adeo procedit contra maioratus particularem successorem, ut locum habeat in lite cæpta, quanvis non contestata ita Molin. loco citato; Cald. dict. n. 81 in fin. & declarat text. in dict. L. operarum.

Vim magnam suæ defensionis in hoc processu facit aggravatus in eo, quod hæres patris non fuit, & ab ejus hæreditate se abstinuit illam repudiando (de quo non constat) confitens vero se in maioratus possessionem introduxisse post mortem patris ex sua propria persona tanquam illius particularis successor; non attendens meliorem condicionem habere non posse in tali possessione ab eo sumpta, quam pater ejus defunctus habere constat tempore mortis suæ, & satis esse ut contra illum transeat litis instantia cum patre cæpta, se successorem, & intrusum possessorum confiteri, ex Doctrina DD. supra, & illa quæ docto calamo exposita invenitur in tertio inferioris aulæ suffragio à jam nunc collega nostro dignissimo prolatu in §. ultim. in quibus terminis aggravatus filius; seu successor contendoris

tendoris cum aggravante super possessionem litis instantiam assumere debet in eodem statu, quo per illam reliquit, quin de novo aggravati necessarium sit novam contra illum mouere litem prout interminis cum *Molin.* & aliis dicit optime *Cald. dict.* n. 81. ibi: Itaut denuo lis cum eiusdem incoanda non sit, sed sequens successor in eo statu iuditium subire debeat in quo ab ipso majoratus possessore fuerit relictum &c.

27 Et quod in distincta intelligatur procedere tam in lite mota super possessione dicunt *Perigr. ubi supra* n. 27. *Amat. resolut.* 86. n. 26. optime adducti per doctum advocationum in perorationibus fol. 112. in fine.

Deinde nos legem habemus iubentem per veritatem notam judicare *Ord. lib. 3. tit. 63. & tit. 48. §. 4.* constat optime ex actis aggravantem Franciscum da Costa legitimum hujus majoratus successorem esse, quia notorie de sanguine institutoris est, & filius legitimus ultimi possessoris Emmanuelis da Costa, qui fuit primus successor, & per multos annos possessor à fundatore seu institutore nominatus, & constat amplius ex ipsis actis per juridica instrumenta dictum aggravantem post mortem ejus patris ultimi possessoris, tam capellæ, quam bonorum maioratui pertinentium anteriorem possessionem juridice consequitum fuisse per spatium unius diei, antequam aggravati pater, seu ficer (quod idem valet in praesenti) Andreas Correa in illam se introducere conatus fuisse, fundatus in nullo testamento patris aggravantis fol. 52. quod ab aggravatis patre revocatum invenitur per posterius testamentum in actis etiam inventum fol. 24. factum anno 1681. postquam aggravans testatoris filius le-

gitimatus per subsequens matrimonium remansit, & si haec est veritas, ad quid aeternas lites insurgere occasionem dabimus contra dispositiōnem *Ord. dict. lib. 3. tit. 63. in princip.* & jura adducta per *Mend. à Castr. in prax. p. 1. lib. 3. cap. 3. §. 5. n. 17. & 18.* Ex quibus omnibus aggravantem Franciscum protinus in possessionem hujus majoratus mittere juberem, tam quia illam prius sibi adquisivisse constat, quam quia melius jus ad proprietatem illi adeste manifeste exactis patet, & si aggravatus intrusus jus aliquod ad illam habere conatus fuerit, cum illo ordinarie agat, sic placet revocata inferioris aulæ sententia. Ulysipone 21 Augusti 1686.

Vogado.

Post longum omnium examen, quod in una, & altera instantia docete quidem, & copiose opponunt advocati, & quæ in doctissimis deliberationibus habentur fol. 133. dubiam adhuc invenio processus decisionem. & solamque si juris attenderem subtilitatem non multum fortasse displiceret judicatum, veritate tamen inspecta, arbitrium praecedentis domini meritissimi justitiae magis amicum, & consonum magis invenio æquitati; quid enim, factis jam probationibus, et ventilata possessionis in antecessore, justitia, novus iterum surgat processus, propter acceptam noviter possessionem, et prior peribit instantia, factoque quod resolvi potest processu, quid nova est contentione resolvendum contra doctinam *Aristotel topic.* 8. in iure nostro acceperam per text. in *L. generatiter Cod. inst. sub cond. fac.* & in *L. 1. ff. de eo quod met. caus. cum similib.*

Deinde si per mortem antecessoris vacuam possessionem à se sumptam dicit aggravatus, quare antecessoris

cessoris defendere , opus sibi non
esse dicit possessionem, non ne si de-
functo non esset possessio , ut erat
aggravantis intentio et tota proce-
sus difficultas , quare tanquam de-
functi successor possessionem sibi
esse dicit aggravatus ? non ne plus
esse potest in causato, quam in cau-
sante, aut quis dare quod , non ha-
bet , contra juris rudimenta ? et se-
28 ipsum , etiam aggravati patronus
non dubitat , communem magis esse
sententiam , quod instantia passive
in singularem transeat successorem,
juraque , et scriptores sic absolute
loquuntur ; quid hoc in causa pos-
sessionis limitare contendit Aggra-
vatus post habita regula *Legis de*
prætio ff. de pub. in rem act. cum vul-
garib.

Igitur quoad instantiæ transitum
in judicati revocatione, cum domi-
no meritissimo convenio, non autem
ut possessionum merita decedamus,
hoc enim adhuc non est in inferiori
judicio decisum, neque ad superio-
rem instantiam devolutum, maxime
cum expediretur processus, per-
viam gravaminis, cuius strictam
spheram transcendere non possumus,
29 neque extra punctum, de quo ag-
gravatur aliquid permisum est de-
finire, juxta *Ord. lib. 1. tit. 9. §. 2.*
ad fin. & praxim. de qua Mend. 1. p.
lib. 3. cap. 19. n. 4. & ex aliis, quæ
ibi refert, Ulyssipone 19. Octobris
1686.

Rezende.

Ego etiam cum præcedenti col-
lendiſſimo Domino prosequi instan-
tiam aſſererem cum poſſeffore, quin
ſit neceſſe ut novalis incolitur, li-
cet enim generalis illa regula pro-
cedat in ſucceſſore ejusdem iuriſ,
quod noſtro caſui non applicatur,
cum ſucceſſor aggravaſtus extincto
jure ſui antecelatoris cujuſ occaſio-
ne instantia cæpta ſuit nihilominus

tamen quocumque modo considerato semper verum est dicere aggravatum succedere antecessori litiganti, quippe hoc non invenitur exceptuatum prout in fisco qui succedit virtute confiscationis litiganti ex text. in L. si constante §. fin. ff. solut. matr. et in aliis exemplis, quæ habentur in L. nulla Cod. de procurator. ut tenet Barbos. in dict. §. fin. n. 15. igitur sententia inferioris aulæ reformanda venit. Ulyssipone 17. Novembris 1686.

Baracho.

Cum proximis Dominis potius
accedo. Doutor Vieira.

C A P. LXXXIII.

De inclusione famuli , quando
Institutor illum vocat in de-
fectum descendantium , &
excludit transversalem , &
quando dicatur inclusus , vel
exclusus .

DE hac institutione & admissio-
ne agitur in sententia de qua
supra & famuli fuerunt vocati inde-
fectum descendantium in testamen-
to Secretarij Andrieæ Franco de quo
in cap. 5. n. 22. & seqq. & probatur
resolutio ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §.
2. & à DD. de quibus forens. cap. 4.
n. 122. & seqq.*

C A P. LXXXIV.

De inclusione , & exclusione
consanguinei Divitis prox-
mioris quando institutor vo-
cat

cat & includit pauperiorem, licet iste sit remotior ; & è contra, & quis in his terminis dicatur inclusus , vel exclusus , & quid quando majoratus est instituendus ad favorem magis nobilis ac magis digni de domo , & an comprehendat illigitimum vel legitimum tantum & quid quando vocatur illigitimus dummodo sit filius mulieris honestæ vulgo de mulher honrada.

S U M M A R I U M .

- Mulier honorata inteligitur de nobili , & non de virgineo. n. 1.*
- Quando qui tenetur elegere , & nominare non elegit censetur nominatus ille ad quem fideicommissum de jure per venire debet n. 2.*
- Non solum qui offendit testatorem indignus manet sed & qui offendit ejus uxorem. n. 3.*
- Privatur feudo vassalus , si uxorem domini lœdat. n. 4.*
- Agens ex aliqua dispositione debet probare illius qualitates. n. 5.*

HAec quæstionem resolve ex dictis à Rosa consult. 62. eleganter Antonius Govius consulta dif. 9. ubi late agunt & explicant, & ex quo mulier honorata intelligitur de nobili , & non tantum de virginem quia nobilitas requiritur ad conservationem majoratus qui non conservatur per machanicos ut diximus cap. & disputatum fuit in causa Ferdinandi Martins Malcarenhas com D. Maria Josepha de Mendonça hoc anno 1686. apud Notarium Bras

Alvares Couseiro in judicio Civitatis ubi pendens lis.

Et quo ad pauperes & divites judicatum fuit in causa seq.

No Feito de Gregorio Dias , e sua mulher Joanna Baptista , contra Vicente Carreyra de Almada , e sua mulher , e oppoente Vicente Vaz de Almada , Escrivão Manoel Rebello de Brito , se deu a sentença seguinte.

Vistos estes autos , libello do A. contrariedade do R. artigos de oposição prova dada. Mostra-se que falecendo Dona Angela da Rosa , mulher do Lecenciado Antonio de Pinna , Corregedor que foy da Cidade de Tavira fez Capella de todos seus bens , nomeando por primeiro administrador , e successor della ao dito seu marido concedendo-lhe faculdade para nomear por sua morte hum parente pobre da dita instituidora , qualidades , que elle se nomeara não podia alterar , por se haver de cumprir em forma específica a vontade da instituidora. Mostra-se falecer o dito Antonio de Pinna , sem nomear , e ser morto violentamente pelo oppoente , que de presente he possuidor dos bens vinculados a esta Capella , como confessado no segundo artigo da oposição fol. 134. Mostra-se ser o R. parente pobre da dita instituidora , e ainda que em grao mais remoto , que a mulher do R. e o oppoente , que eraõ primos direitos da dita defunta , e o A. seu segundo primo , contudo concorre nolle a qualidade de pobre , que falta na R. oppoente , que ambos se mostram serem muito abastados de bens , e dos mais ricos das terras donde vivem , e ficão excluidos pela vontade da testadora , que não he necessario conjecturar , nem induilla de presumçōens , quando a disposição he tão clara , e requere expressamente as qualidades de parente , e pobre , e se a tençāo da dita testadora foy excluir

cluir a mulher do R. como oppoente articula, por ser rica, que maior razão se pode considerar, para querer que fosse admitido o oppoente, sendo tambem rico, podendo se quizer a nomealio, pois para isso tinha livre faculdade, demais de se haver de reputar o dito oppoente por pessoa odiosa, por ser homecida do possuidor, e marido da instituidora, e a quem não ha verosimel quisesse que a dita Capella pertencesse por morte do dito seu marido, nem a favor do oppoente se allega causa, que em termos de direito possa alterar a forma da successão dada pela instituidora. O que tudo visto, e o mais dos autos julgo pertencer esta Capella ao A. como parente mais chegado, e pobre da instituidora e condemno aos RR. oppoentes lha restituão, e os bens a ella vinculados com os fructos da contestação da demanda em diante, que se liquidaraõ na execução dessa sentença, e pague o R. oppoente as custas destes autos de premeio. Lisboa 4. de Janeyro de 655.

Doutor Luiz Gomes do Basto.

Ab hac sententia fuit gravamen interpositum ad supplicationis Señatum, ubi fuit confirmata à judicibus Doctor Carnéiro. Pereira. & fundata in sequentibus de liberatiōnibus.

Testatricem Angelam marito Antonio heredi instituto injunxisse, ut Capellam, & maioratum iostitueret, ad quem eligeret unum consanguineum pauperem ipsius testatricis patet fol. 10. Cumque ipse Antonius morte oppressus, utpote imperfectus fato iniquo, nec maioratum instituerit, nec elegerit consanguineum ad quem deberet de volunti, afferendum est maioratum pro instituto habendum de bonis testatricis juxta illius dispositionem prout resolvunt unanimiter DD. nostri

Castilh. lib. 4. quotid. cap. 36. n. 6. Carpius de execut. & commiss. testator. lib. 2. cap. 17. n. 36. & consequenter electum, & nominatum censeri consanguineum proximiorum ipsius testatricis, qui tamen paupertatis qualitatem habuerit juxta expressam testatricis voluntatem, à qua recedere, nefas ex vulgari allegatione, quando enim qui teneatur eligere, & nominare, non eligit, sensetur nominatus, & electus ille, ad quem de jure fidei commissum pervenire debet, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. n. 42. Fontan. de pact. nuptial. claus. 4. glos 9. p. 5. n. 11.

His suppositis contendunt de successione hujus maioratus A. Gregorius, Reus Vicentius ex persona uxoris, oppositor Antonius ex propria, & quia primo de controversia inter A. & oppositorem ab advocationis peritis actum est, & nos de hac prius disceptemus, cumque constet Actorem consanguineum esse testatricis per testes productos a fol. 162. ex quo um dispositione constat illum esse fatrem patruelem patris testatricis, & in simul pauperem, prout testes unanimiter deponunt ad tertium libelli articulum, & ad tertium libelli responsoriū ad oppositionem, videtur afferendum adeundem maioratum istum pertinere, & posteriora jura habere in illius successione.

Nec obseruit, quod oppositor sit consanguineus proximior testatricis, quam quod defectus sit qualitate paupertatis, de qua infra in controversia inter A. & R. differemus, constat eundem interfecisse Antonium maritum & heredem testatricis, ex quo indignus effectus est ad successionem hujus maioratus, quod vero interficerit indubitatum mihi videtur, tum ex iis, quæ testes deponunt, tum etiam ex appendice B.

B. ubi ipsamet uxor oppositoris id juramento asservit fol. 5. & in Inquisitione pronuntiatus reperitur eod. fol. & ipse veniam impetravit tam à cognatis occisi, quam à Rege nostro invictissimo; afferit tamen oppositor, quod & si interfecisset Antonium possessorem majoratus, tamen non ex eo indignum debere reputari, quia ipse non fuit institutor, sed tantum commissarius ad instituendum, sed hoc inciviliter ex stimo allegari, quia & si fateamur, ipsum Antonium non fuisse institutorem, sed Angelam institutricem fuisse ex Carpio d. cap. 17. n. 38. ibi: *& ipse est meliorationis, & majoratus verus institutor, juncclis iis quæ dixerat eodem lib. 2. cap. 3. n. 7.* tamen constat eundem, maritum fuisse institutricis, & ab illa satis dilectum, & uti talem hæredem ab ea institutum & commissarium testamenti sui constitutum, unde & illum occidens indignus censi debet ad succedendum uxori, & capienda illius bona non solum quippe offendens testatorem indignus manet, sed & offendens illius uxorem, vel conjuntos taliter, ut defunctus si viveret ad justam iracundiam fuisset provocatus ut explicat Peregrin. de jure fisci lib. 2. tit. 8. n. 4. ex Bart. & Ruino quos citat, quod & in vassalis receptum est, qui feudo privantur, si uxorem Domini occidunt, vel aliter illam lèdant, non minus quam si propriam ipsius domini personam lèderent, resolvit Rosenthal. de feud. cap. 10. concl. 20. n. 45. ubi aditio lit. Q. alios DD. refert; cum ergo oppositor indignus ex hoc delicto reperiatur, & uti talis repelendus sit à successione, quid ei prodest ostendere se proximorem, & si simulase pauperem ostenderet, nec ex hoc potest Actorem impedire in successione.

Pars III.

ne, ac si ipse non existeret, ex text. in L. 2. §. sed si sint suff. ad Tertilian. Surd. conf. 544. n. 8. & conf. 517. n. 8. in fine & n. 9.

Excluso ex his oppositore, veniamus ad Reum, qui ex persona uxoris, quæ est soror oppositoris, & proximior institutricis, quando Actor, utpote quæ est consobrina ipsius, vult excludere Actorem, cum enim Antonius non elegerit successorem, electa debet censi proximior juxta naturam maioratum, ut supra dicebamus, verum omissis, quæ Patronus adducit de negatione possessionis bonorum, et translatione illius in oppositorem lite pendente, ex eo existimo illum bono jure destitui, quod in uxore deficiat qualitas paupertatis requisita à testatrice d. fol. 10. ibi *hum parente pobre* plane constat Reum satis divitem esse, & consequens illius uxorem, ergo deficiente qualitate paupertatis non potest cenceri electa ad hanc successionem, quia agens ex aliqua dispositione debet probare qualitates illius, nam deficiente in agente qualite dispositionis, definitionis, deficit etiam in ipso ipsa met dispositio, ita enim restringit qualitas dispositionem, quod illa carens, exclusus à dispositione censatur, imo existimo illam qualitatem à testatrice adjectam ad exclusinem uxoris Rei, nam si vellet illam admittere, cum satis nota, & propinqua, cumque etiam possit credere testatricem novisse uxorem Rei divitem esse, ad illam excludendam ab electione per maritum faciendam adjectit qualitatem paupertatis, & ut aliis egentibus cognatis consuleret.

Nec aliud suadet allegatio vitij, & falsitatis in testamento, dum assertitur, verbum, pauper, vitiatum ex verbo, nobile, quod in testamen-

to
Qqq

to erat, quia cum hoc propositum fuerit a Reo fol. 134. & à Prætorre meritissimo admissus fuerit ad acta perquirenda, & adducenda cum proprio testamento ut fol. 135. tamen id neglexit, nec curavit examen fieri, ut inspiceretur falsitas, & mutatio verborum, unde de hoc non curandum modo videtur, ejusdem facta inæ videtur consideratio nobilitatis, quia si verum amamus, cum & testatrix, & Actor ab eisdem avis, & proavis agricolis originem ducent, parvi facienda est nobilitas, quæ divitiis, & non ex serie avorum acquisita apparet, maxime interveniente pauperum vocatione, qui paupertate oppressi, artes ignobiles exercere sine dedecore poterant, iis ergo non obstantibus sententiam Prætoris meritissimi dicerem esse confirmandam. Ulyssipone 12. Aprilis 1655.

Pereira.

Inter Actorem & oppositorem præcipua est contentio in processu, prodest tunc Actori vilitas ac paupertas, quæ semper, & ubique nocere solet; nocet oppositori divitarum moles, quæ viliorem fortunam in feliciorem convertit; Actor remotior est in sanguine, oppositor proximior indubie utriusque æqualis est nobilitas in radice, licet ex tempore variata in ramis; adhuc tamen Actoris, & remotioris in sanguine, & vilioris in officio meliorrem causam existimo, quia quoad institutricem fuit plus dilectus quia expressius vocatus; non enim verosimile est, quod illa oppositorem ac Ream amicabiliter pertractans, ut ipsi agnoscunt, eos ad Capellam vocare voluisse, quando neutrum nominavit, vel enim tunc temporis divitiis jam abundat, & eos repellere voluit, dum pauperes vocavit, vel si adhuc egerit erant

alios pauperiores agnovit, & hos prædiexit, ut ex testibus a fol. 185. præcipue quando marito extraneo electionem potius tribuens futurum paupertatem præ oculis habuit, & ubi maior erat egestas succurrere voluit. Sicque præsumendum est ex conjecturata voluntate, quod cum ipsa multos haberet pauperes consanguineos, qui ea de causa viliora officia exercebant, ut notum est, voluit hunc pauperiorem mariti arbitrio à penuria liberare, & in meliorem conditionem reducere, in quo majus charitatis opus indubitabiliter exercebat, cum autem Actor indubie sit pauperior, maior fuit circa illum instituentis dilectio, maior circa oppositorem quia divitiis abundabat.

Si autem quoad institutricem fuit oppositor minus dilectus, quoad maritum cui relicta est facultas nominandi extitit exosus & indignus, ut bene ostenditur in processu; qualiter enim præsumendum est, quod mortis tempore illum nominaverit, quem sui impium occisorem eodem mortis tempore exclamavit, ut ex testibus fol. 174. & qua jure ferendum est, quod oppositor defunctum sine causa vita, ac usufructu bonorum privaverit, & ex hac impietate commodum reportet, et eundem usufructum sibi acquirat; et tandem qua ratione sub paupertatis velamento in eodem processu Capellam expostulat, qui in eodem processu se divitem agnoscit ex testibus à se productis a fol. 264. hæc omnia pauperis justitiam manifestant, divitis deteriorem causam ostendunt, sic confirmata meritissimi Prætoris sententia. Ulyssipone 25. Septembris 655.

Doctor Carneiro.

CAP.

¶. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

C A P. LXXXV.

Pater si instituat maioratum irrevocabilem in filium, & filios, & ejus descendentes, an possit ex intervalo declarare quod intellexit de filiis masculis, & non de fœminis ad hoc ut dicantur inclusæ, vel exclusæ.

S U M M A R I U M.

Pater si instituat maioratum irrevocabilem an possit declarare quod intellexit de filiis masculis, & non de fœminis. n. 1.

Qui maioratum instituit ex donatione irrevocabili potest etiam post longum tempus in testamento declarare & illius declarationi standum est. n. 2.

Juxta DD. mentem procedet quando verba de quorum declaratione agitur sunt ambigua. n. 3.

Maioratus irrevocabilis non potest alterari prætextu declarationis factæ per institutorem, quando ejus verba sunt clara. n. 4.

Maioratus institutus a patre in favorem filii & filiorum vel descendantium est regularis ad cuius successionem fœminæ admittuntur exclusis masculis liniæ inferioris. n. 5.

Idem procedit in vocatione consanguinei proximiioris. n. 6.

DE hac quæstione agit *Docilissimus Orea* *decess. jur. & act. tit. 1. q. 6. n. 15.* post fin. ubi in novissima additione ita resolvit. Ex his convincitur opinio *Tiber. Decian. Pras III.*

*conf. 7. à n. 99. vers. secundo considero, quem laudat *Mieres de maiorat. 1.p. q. 44. n. 16.* & sequuntur *Fontanell. de paci. nupt. claus. 4. glos. 5. n. 12.* & dec. 172. num. 9. tom. 1. novissime *Rosa consult. jur. consul. 69. n. 108.* quod pater instituens maioratum irrevocabilem ex causa matrimonii in favorem filii, & filiorum ejus, vel descendantium, potest ex intervallo declarare, quod appellatione filiorum, vel descendantium filii intellexit dumtaxat de masculis, non vero de fœminis nam licet verum sit, eum qui maioratum instituit ex donatione irrevocabili, posse eam etiam post longum tempus, & in testamento declarare, & illius declarationi standum esse *L. hæredes palm. 21. §. 1. ff. de testam. L. adeo 7. §. cum quis ff. de acquir. rer. dom. & ex aliis juribus D. Larrea dec. 32. à n. 30. & 100. Dom. Valensuel. conf. 23. à n. 124. exornata Rosa d. conf. 69. à n. 98. & declarationis effectibus, & quod in est dispositioni, & ad eam retrotrahitur multis relatis Dom. Salgad. de retent. Bullar. 2. p. cap. 2. à n. 14. exornat Paul. Rubeus resol. pract. circa testamenta cap. 83. fere per tot. omnino videndus *Mier. d. q. 44.* id tamen juxta omnium DD. mentem procedit, quando verba de quorum declaratione agitur sunt ambigua, & possunt in alterutram partem trahi; nam si verba clara essent, & eis declaratio repugnaret, diceretur potius nova dispositio, & destructio prioris voluntatis & magis perimeret, quam exponeret, ad text. in cap. cum dilecti 18. de accusation. D. Larrea d. decis. 32. à n. 54. *Carpin de executoribus testament. lib. 2. cap. 5. per tot. D. Salgad. d. 2. p. cap. 30. §. 5. à n. 20. ad 25. Paul. Rubeus d. cap. 83. à n. 163. & interminis maiortus irrevocabilis, quod non possit alterari***

Qq 2 alterari

alterari prætextu declarationis factæ per institutorem ejus quando verba sunt clara D. Castillo d. cap. 10. à n. 24. tom. 3. & tom. 6. cap. 182. à n. 36. ubi per tot. plura refert de viribus declarationis.

5 Unde cum maioratus institutus à patre in favorem filij & filiorum, vel descendantium ejus, sit maioratus regularis ad cuius successionem fœminæ admittuntur exclusis masculis linea inferioris L. 2. tit. 15. part. 2. D. Molin. lib. 3. cap. 4. ubi

6 late Addent idemque procedat invocatione consanguinei proximioris d. leg. 2. L. 27. & 45. Tauri D. Castillo lib. 5. controv. cap. 93. §. 5. n. 16. & 17. & §. 21. multis relatis D. Vela dissert. jur. dessert. 49. n. 10. declaratio patris ex intervallo, quod invocatione filiorum descendantium, vel consanguineorum voluit dumtaxat comprehendere masculos, auferret fœminis jus quæsitum, & maioratum regularem, ad irregularēm reduceret, quæ non esset declaratio, sed perversio prioris dispositionis contra d. leg. perfecta donatio, & doctrinas proxime relatas; de qua rediximus supra cap. 7. n. & seqq.

C A P. LXXXVI.

De inclusione, & exclusione nepotum quando vocantur & includuntur filii, & an sub nomine filiorum continentur nepotes, & de conjecturis, quæ pro comprehensione nepotum solent considerari & in quibus casibus procedant, ut detar inclusio vel exclusio nepotum.

Hanc questionem proponit & resolvit Joseph Altograd. contr. 97. & conf. 8. post controv. de qua re late Nos late diximus tom. 1. ad varias questiones cap. 5. n. 640. & seqq.

C A P. LXXXVII.

Semel exclusus quando perpetuo dicatur exclusus & semel inclusus & admissus quādo perpetuo dicatur admissus & inclusus, licet deficit causa admissionis, vel exclusionis, & an exclusus debeat alimentari à successore maioratus ad quem devoluta fuit maioratus successio!

S U M M A R I U M.

DD. qui agunt de materia. n. 1. Limitatur Molin. n. 14.
Indubio semper præsumitur potius exclusio temporalis quam perpetua.

n. 2.
Exclusus semel non censetur exclusus perpetuo, sed de novo admetti potest cessante causa exclusionis.

n. 3.
Exclusus a maioratu, non est exclusus ab alimentis, sed debet alimentari à successore.

n. 4.
Maioratus successio potest deferri ei qui exclusus fuit mortuo eoque excludit absque descendantibus.

n. 5.
Facta vocatione naturalis sub conditione, viden. 6.

Vocatus sub una conditione sub contraria

- traria censetur exclusus. n. 9.
 Sub conditione quae non evenit; per-
 inde est ac si vocatus non fuisset.
 n. 10.
 Vocati subconditione negativa non
 sunt admitendi nisi prius constet
 contrariam conditionem affirma-
 tivam adimpleri non posse. n. 11.
 Semel exclusum perpetuo manet ex-
 clusum, quando sumus in exclu-
 sione ad tempus mortis relatæ,
 vel exclusionis causa cesseret n. 12.
 Exclusionis causa attenditur si alius
 vocatus inveniatur admissus. n.
 13.
 Illegitimus succedit ex voluntate tes-
 tatoris deficientibus consanguini-
 neis vocatis, & non dum suprest
 qui capax sit familiam repre-
 sentando. n. 15.
 Vocati semper admittuntur, etiam
 si sint remotioris linie & gradus
 n. 17.
 Successio maioratus querit lineam se-
 quentem substitutam ultimo pos-
 sessori, & vocato, non potest sal-
 tum facere retrogadum ad lineam
 primam post tergatam. n. 18.
 Fæmina vocata indefectu masculorum
 excludit omnes masculos qui jam
 fuerunt a maioratu, & fideicom-
 missio exclusi. n. 19.

DE hac, quæstione agent Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 22. & 23. & ibi Add. & Maldonad. ad lib. 3. cap. 10. n. 36. & idem Molin. d. cap. 10. n. 11. quos Ego ipse refero forens. resol. cap. 4. n. 37. Olea in add. noviss. ad tract. deceff. jur. tit. 3. q. 4. pag. 47. 48. de qua re vide ad multa Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 72. & cap. 10. Castil. lib. 5. cap. 91. & cap. 143. §. unic. n. 15. & seqq. lib. 3. cap. 15. Vela dissert. 49. n. 37. Cyriac. forens. contr. 174. 223. 283. Barb. vot. 126. n. 137. & 141. Geurb. feud. §. 2. gloss. 6.

- n. 11. & dicunt alij citati supra tom. 1. cap. 8. & cap. 10. n. & seqq. Busar q. 484. n. 27. 43. Gratian. cap. 218. n. 84. & 85. & cap. 695. n. 17. & 18. Luca de fideicomiss. disc. 40. & 49.

Et cum indubio semper præsu-
 matur potius exclusio temporalis
 quam perpetua ut inquit Molin. lib.
 1. cap. 6. n. 23. & lib. 3. cap. 5. n.
 72. Castil. lib. 5. cap. 91. Vela dict.
 n. 37. Geurb. de feud. §. 2. gloss. 6.
 n. 11. Aug. Barb. vot. 126. n. 137.
 & 141. Cyriac. d. contr. 174. n. 223.
 & 283. Aquil. ad Roxas de incomp.
 maior. p. 1. cap. 2. n. 13.

Exclusus semel non censetur ex-
 clusus perpetuo sed de novo admis-
 ti potest cessante causa exclusionis,
 & deficientibus omnibus consanguini-
 neis ne maioratus extinguitur Castil.
 tom. 6. contr. cap. 143. §. unic. n. 22. in
 medio & lib. 5. cap. 91. n. 71. & ex-
 clusus ex uno capite ex alio potest
 admitti, ut jam diximus supra &
 tom. 2. de maior. cap. 10. n. 768. &
 tenet Menoch. cons. 197. n. 75. cons.
 200. n. 10. & seqq. Aquila ad Roxas
 in add. ad 1. p. cap. 8. n. 3. 5. & n. 9.
 quod exclusus semel non censetur
 perpetuo exclusus sed durante cau-
 sa Geurb. de feud. §. 2. gloss. 10. n. 29.
 in fine & gloss. 6. n. 11. ex Florez.
 ad Gam. dec. 27. alias 37. Castil. lib.
 5. cap. 91. n. 60. & seqq. & cap. 92.
 n. 58. & cap. 43. §. unic. n. 15. &
 16. Pereir. de jur. ind. lib. 2. cap. 19.
 n. 34. & idem Aquila ad p. 8. cap. 10.
 n. 26. & p. 2. cap. 6. n. 9. quod ex-
 clusus à maioratu non est exclusus
 ab alimenta, sed debet alimentari à
 successore, ex Surd. de aliment. tit.
 1. q. 58. n. 4. tir. 8. privil. 33. n. 4.
 Castil. de alim. cap. 37. n. 16. & 26.
 Boss. de alim. oblig. cap. 7. n. 378.

Quid autem dicendum sit quan-
 do aliquis excluditur naturalis vel
 vocatur ea conditione adhibita, si

Petrus

Petrus non vivat tempore mortis Francisci & si supervivat succedat Antonius; an mortuo Petro qui successionem habuit absque filio, succedat Antonius vocatus tertio loco, vel beat admitti primus vocatus ex eo quia cesseret causa exclusionis cum Petri obitum & ceteri non debet perpetuo exclusus ut diximus sed suspensus donec duraverit persona, quae ipsum excludit, eo autem absque descendantibus 5 mortuo, poterit ei qui semel exclusus fuit ejus maioratus successio deferri, ex dictis à Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 22. vers. hac autem regula & ibi Add. & lib. 3. cap. 5. n. 72. ut probat textus in L. 3. ff. de usufr. accresc. ibi: adeam enim partem redire debet, à qua initio divisus est L. 2. §. si mater 20. & §. fin. ff. ad Tertil. Castil. tom. 6. contr. cap. 143. §. unic. n. 16. & vers. hactenus Bart. in L. fin. §. 1. n. 2. ff. ad tertilim Peregr. de fideicomiss. art. 27. n. 24. vers. eadem Castil. tom. 6. cap. 19. n. 82. circa finem vers. limitatur & tom. 6. cap. 143. §. unic. n. 10. 16. & 22. Menoch. conf. 220. n. 51. & Nos diximus tom. 2. cap. 20. n. 138. & 6 cap. 10. n. 775. & n. 779.

Sed his non obstantibus, videtur contrarium tenendum quia facta vocatione naturalis subconditione si Petrus non vivat, vivo eo et supervivente tempore mortis Francisci defecit vocatione subqua naturalis fuit vocatus, & remanet exclusus, ita ut non possit succedere post Petri obitum sed erit locus vocationi Antonii tertio loco votati ut multis citatis tradit interminis Cassanat conf. 36. n. 41. & seqq. Menoch. conf. 106. n. 292. & conf. 399. num. 16. & 17. Gabriel conf. 117. n. 3. Hondoned. conf. 49. n. 64. lib. 2. Fufar. conf. 64. per 7 tot. & n. 20. & seqq.

Et si ille naturalis ex juris disposi-

tione erat excludendus ut diximus c. 20. tom. 2. vocatus fuisset si non vive-ret Petrus solum in hoc casu dicitur vocatus et extra illum non potest succedere ut multis diximus tom. 2. cap. 19. n. 57. Aquil. ad Roxas p. 1. cap. 6. n. 112. Molin. lib. 3. de pri-mog. cap. 5. n. 55. Peregr. de fideicomiss. art. 25. n. 45. Mier. de maior. 2. p. q. 4. illat 8. n. 15. & q. 6. n. 67. Fontanel. dec. 584. n. 26. lar. dec. 54. n. 17. & seqq. quia uno casu vo-catus in aliis videtur exclusus ex re-gul. alimenta §. basilicæ ff. alim. leg.

Unde cum tempore mortis Francisci superviveret Petrus et eo superstite deceperit prorsus defecit vocatione prioris ut multis resolvit Cassanat conf. 4. n. 8. & seqq. & probat text. in L. in substitutione 31 ff de vulgar.

Et vocatus sub una conditione 9 sub contraria censetur exclusus Torr. de maior. 2. p. q. 8. n. 27. & n. 28. quod vocatus subconditione quæ 10 non evenit perinde est ac si vocatus non fuisset & q. 16. n. 124. quod deficiente conditione defecit etiam vocatione et ibi multos allegat et vo-cati subconditione negativa, non sunt admittendi nisi prius constet contrariam conditionem affirmati-vam adimpleri non posse ex Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. n. 16. Mo-lino resol. 120. n. 49. et de hac con-ditionali vocatione quod non ad im-plecta cesseret late Idem Torre 3. p. dec 62. n. 5. & seqq. & per tot.

Et ita succedit regula quæ pro-12 posuimus, et vulgo traditur semel exclusum perpetuo manere exclu-sum, quando sumus in exclusione ad tempus mortis relatæ licet exclu-sionis causa cesseret ut tenent multi apud Cassanat consult. 4. n. 110. & seqq. Torre de maior. p. 2. q. 6. n. 31. & 3. p. conf. post dec. 62. n. 25. opti-me Altagrad. tom. 1. conf. 96. n. 54. &

- & seqq. & 2. tom. conf. 13. n. 34. & seqq.
- 13 Et ita exclusionis causa attenduntur, si alius vocatus in veniatur et admissus Menoch. conf. 200. n. 10. & seqq. Castil. lib. 5. cap. 91. n 71. Roxas de incomp. p. 4. cap. 6. n. 40. & ibi remissive Aguil. in add. n. 42. & quare p. 1. cap. 6. diximus cum multis tom. 2. de maior. cap. 10. n. 768. pag. 437. num. 113 Altograd. tom. 2. conf. 92. n. 20. & seqq.
- 14 Neque obstant que in principio diximus ex Molin. quia procedunt non solum cessante causa exclusio-
nis, sed deficientibus omnibus des-
cendentibus vocatis ne maioratus extingatur Menoch. conf. 197. d. n.
75. & conf. 200. n. 10. & seqq. A-
guil. ad Roxas p. 1. cap. 8. n. 3. & 5. et illigitimos dicendum est succede-
re ex voluntate testatoris deficienti-
bus consanguineis vocatis, et non dum superfit aliquis quisit capax familiam representandi ut multis te-
net Aguil. ad Roxas de incomp. maior.
p. 1. cap. 6. n. 117. & seqq.
- 16 Et cum existat vocatus tertio loco, non potest primus exclusus propter superviventiam Petri admitti primo loco vocatus, et exclusus si Franciscus dicecerit superstite Pe-
tro et ita cessant desputationes data
- 17 speciali vocatione, nam vocati semper admittuntur, etiam si sint re-
motioris liniae et gradus, nec regula linearum et graduum attenditur quando specialis vocatio est clara et testatoris voluntas id ex postu-
lat Torre de maioratib. cap 14. n. 8.
- 18 Et cum exclusio primi vocati fuisset simpliciter facta fuit vocatus si Petrus non viveret, et non tempo-
raliter semel exclusus censetur per-
petuo exclusus ex distinctione ejus-
dem Molin. ad fin. d. num. et cessat
ratio perpetuitatis, quia ista conti-
nuatur in tertio vocato, et maiora-
- tus non finitur ut fundavit Molin.
d. vers. Hæc in verbis propter eorum
naturalam et perpetuitatem prout
eriam profitenter Addent. d. n. 22.
- 18 Et cum successio maioratus qua-
rat lineam sequentem substitutam ultimo possessori, & vocato, non
potest saltum facere retro gradum
ad lineam primam postergatam Bald. conf. 200. num. 2. vol. 5. vers.
non respicit retro ad gradum desti-
tutum & caducum Tiraq de primog.
q. 10. n. 21. Cald. de renov. q. 5. n.
21. ubi expluribus resolvit, fœmi-
nam vocatam indefectum masculo-
rum excludere omnes masculos,
qui jam fuerunt à maioratu, & fi-
deicomisso exclusi Palatin. repet rur-
bris. § 69. n. 32. Menchac success.creat
lib. 3. §. 27. n. 9. Gregor. Lop. L. 3.
tit. 13. part. 6. gloss. verb. mugeres
pag. 89. vers. an autem Mier. de ma-
ior. 2. p. q. 6. n. 49. & 50. in anti-
qua impres. Burg. conf. 29. n. 50.
in specie Angulo in L. 11. tit. 6. lib.
5. recop. gloss. 9. n. 5. Castil. lib. 5.
contr. cap. 91. n. 72. & Nos diximus
cap. 10. n. 766. 767. & seqq. & re-
dintregatio successionis maioratus
est exclusa & prohibita Mier. de
maior. 2. p. q. 6. n. 49. Castil. lib. 5.
cap. 91. n. 63. Add. ad Molin. de pri-
mog. lib. 3. cap. 5. n. 72.

C A P. LXXXVIII.

Patre aut matre exclusis tam
quam a radice infecta deri-
vatis, an & quando cense-
antur quoque exclusi omnes
illius descendentes, vel ex
propria persona dicantur in-
clusi.

SUM-

SUMMARIUM.

In casu contraventionis DD. qui agunt. n. 1.

Primus vocatus, magis dilectus presumitur. n. 3.

Et si deficiat prædilectionis ad exclusiōnem interpretationem dicendum est quod regulariter excluso patre, aut matre à maioratu omnes ab eo descendentes in infinitum exclusi sunt. n. 4.

Loquendo in exclusione ratione incompatibilitatis quis agat. n. 5.

Interminis exclusionis filii illegitimi quod excludi debeant filii etiam legitimi. n. 6.

Contrarium. n. 7.

In maioratu agnationis in quo excluditur fœmina, manent ejus exclusi descendentes. n. 8.

Exclusa matre propter agnationem, & sexum, excluduntur etiam masculi ejus descendentes, & ex propria persona non possunt succedere. n. 9. & 11.

Si filius fœminæ non habet propriam vocationem, absurdum est illum admittere, quando mater propter sexum est exclusa. n. 10.

Duo possunt evenire casus de exclusione matris, vel est de exclusione perpetua vel temporali. n. 13.

In primo non admittuntur filii & ejus descendentes. n. 14.

In secundo ita quidem. n. 15.

In qualibet exclusione inspicienda est causa quæ movet fundatorem. n. 16.

Idem est in filio excluso ab alienationem, aut contraventionem. n. 17.

Idem si ab aliquod delictum mater, vel primus successor fuit exclusus. n. 18.

Idem in filiis matris exclusæ quæ nupsit extra familiam. n. 19.

Idem in maioratu masculinitatis, in

quo filius ex propria persona succedit. n. 20.

In his casibus, & similia cessant principia quibus DD. fundantur. n. 21.

DE hac materia late dictum est
tom. I. hujus tract. cap. & cap.
& agunt DD. citati n. 1. cap. antecedentis 87. Urseol cons. forens. cap.
57. n. 12. & 26. eleganter in casu
contraventionis & incompatibilitatis me citato forens. cap. 4. Add.
Oleaæ decess. jur. tit. 3. q. 4. pag. 44.
45. 46. 47. 48. & 49. & diximus
supra cap.

Et maxime procedit si pater aut
mater erat prædilecta, quia tunc
succedunt ex propria persona &
videntur prædilecti jus descendentes
Molin. lib. 3. cap. 5. n. 53. Mier. de
maior. 2. p. in initio n. 366. Castil.
lib. 3. cap. 15. n. 84. & lib. 5. cap.
92. n. 59. & 60. Fontanel. dec. 35. n.
15. Larrea dec. 54. n. 7. Pereir. de
jur. ind. lib. 2. cap. 8. n. 19. ubi pri-
mum vocatum magis dilectum præsumi
probat Aylon ad Gom. lib. I.
var. cap. 12. n. 20. optime Solorz.
in politic. d. ind. lib. 3. cap. 24. pag.
410.

Et si deficiat prædilectionis ad ex-
clusionem interpretationem dicen-
dum est quod regulariter excluso
patre, aut matre à maioratu omnes
ab eo descendentes in infinitum ex-
clusi censemur L. cui fundus 56. ff.
cond. & demonstr. ibi: & omnis nu-
merus eorum, qui in locum ejus sub-
stituuntur pro singulari persona est
habendus L. denique 4. ff. in just.
rupt. irritoq. facto testam. ibi: gra-
du enim rupto amplius hæreditas
inde obtineri non potest. Menoch.
conf. 172. n. 31. & 32. & conf. 318.
n. 25. & 26. Molin. lib. 3. cap. 7. n.
2. Burg. de Paz. q. 3. n. 15. Mier.
2. p. q. 2. num. 85. Robles de repræs.
lib.

lib. 2. cap. 6. n. 4. in fine alios laudat Lar. dec. 51. n. 18.

Et loquendo in exclusione ratione incompatibilitatis tradit *Larrea* dec. 51. ubi n. 16. judicatum refert *Roxas* de incomp. maior. 4. p. cap. 1. n. 87. *Castil.* cap. 181. n. 8. & 9.

6 Et interminis exclusionis filii illegitimi quod excludi debeant filii etiam legitimi & non posse succedere ex propria persona defendunt *Mantic.* de conjectur. lib. 11. tit. 12. n. 33. & seqq. *Mier.* de maior. 2. p. q. 2. n. 83. *Gracia* de benif. tom. 2. p. 7. cap. 15. n. 45. & 50. *Castil.* lib. 5. centur. cap. 103. num. 16. & 25. *Surd.* conf. 85. n. 11. *Rox.* de incomp. maior. p. 1. cap. 6. num. *Cyriac.* contr. 8. & 9.

7 Licet contrarium teneat *Castil.* lib. 3. cap. 15. n. 59. & 60. & lib. 5. cap. 161. num. 10. vers. præterea *Menoch.* conf. 802. n. 51. Add. ad *Molin.* lib. 3. cap. 5. n. 41. usque ad 43. vers. & *Authoris* conclusio *Bart.* conf. 118. lib. 1. *Cœphal.* conf. 103. n. 1. lib. 3. *Torniol* conf. 83. n. 17. *Grac.* d. cap. 15. num. 53. *Cassanat.* conf. 8. n. 19. *Larrea* dec. 34. n. 34. *Aug.* *Barb.* in *L.* unic. cod. nat. liber. *Beccius* conf. 138. n. 29. *Mart.* conf. 36. n. 31. & de success. leg. p. 1. q. 1. art. 3. n. 5. *Peregrin.* de fidei omiss. art. 26. num. 6. *Paleot.* de notb. cap. 53.

8 Et in maioratu agnationis, & in quo excluditur foemina manent etiā exclusi ejus descendentes maxime si vocetur descendens ex linea masculina *Oid.* lib. 2. tit. 35. §. 14. quæ approbat juris communis dispositio-
9 nem secundum quam exclusa matre propter agnationem aut sexum excluduntur etiam masculi ejus descendentes & ex propria persona non possunt succedere ut tenet *Bart.* in *L.* 2. §. videndum in fin ff. ad *Senatum* conf. *Trebel.* et in *L.* liberorum

Pars III.

n. 141. ff. verbor. signif. sequuntus à *Barb.* lib. 1. vot. 3. n. 13. vers. primo quia & lib. 2. vot. 70. n. 12. et seqq. *Menoch.* conf. 205. n. 20. *Molin.* de ritu nuptiar. lib. 3. q. 24. n. 193. *Cald.* de revocat. q. 24. n. 85. et seqq. *Valasc.* de jure emphyt. q. 41. n. 5. et seqq. *Sous.* in *L.* foeminæ. n. 41. *Robles* de repræsent. lib. 2. cap. 16. n. 42. *Surd.* conf. 316. n. 7. et conf. 373. n. 17. *Molin.* de primogen. lib. 3. cap. 5. n. 41. *Peregrin.* de fideicom. art. 27. n. 18. et 19. *Cassanat.* conf. 47. num. 1. *Gratian.* cap. 621. n. 3. et cap. 999. n. 2. *Pereir.* dec. 59. n. 5. *Larrea* dec. 34. n. 7. et 23. et dec. 51. n. 2. et 13. *Noguerol.* alleg. 23. n. 155. *Fusar.* q. 347. n. 42. *Cyriac.* controv. 8. num. 17. 19. 118. et seqq. et contr. 9. *Vela* dissert. 46. n. 58. et seqq. *Castilb.* cap. 143. §. unic. n. 12. *Valens.* conf. 40. num. 27. et conf. 113. num. 23. et seqq. de qua re vide *Rosa* conf. 69.

10 Et si filius foeminæ non habeat propriam vocationem, absurdum est illum admittere, quando mater propter sexum est exclusa *Tomat.* dec. 158. *Menoch.* 158. n. 11. et conf. 530. n. 27. *Surd.* dec. 319. n. 11. q. 404. n. 5. et q. 468. *Ramon.* conf. 15. n. 52.

11 Et maxime si sint vocati descendentes ex linea masculina, tunc enim ex foemina descendens non admittitur ex propria persona, nec dicuntur de linea masculina, prout multis citatis testatur *Tomat.* dec. 158. n. 3. *Gratian.* cap. 901. *Fusar.* conf. 192. n. 29. et 30. et q. 346. n. 12. & 31. & q. 347. n. 32. & q. 385. n. 28. *Andreol.* contr. 251. n. 3. & controv. 344. n. 23. *Tanagl.* de sacro Auditor. lib. 1. cap. 6. dec. 17. per tot. *Durand.* dec. 300. *Rovit.* conf. 16. *Mellius* post observ. forens. dec. 50. & n. 8. *Barbos.* ubi sup. *Joseph.* *Vella* dissert. 49. n. 55. *Belon.* Jun. Rer. tom.

tom. 1. conf. 73. n. 3. Castilb. cap. 131. n. 3. & 4. 133. n. 13. Valens. conf. 40. n. 24. & seqq. & conf. 113. n. 14. 18. & 57. & per tot. Mandel de Alba conf. 366. num. 11. Altograd. 2. tom. conf. 80. n. 81. & 84. Cald. & Valasc. ubi sup. Molin. lib. 3. cap. 5. n. 55. & ibi Addent. barrea dec. 54. num. 17. & late exornavimus supra cap.

12 Et loquendo in exclusione facta ob odium & in micitiam tradit Roxas de incompat. 1. p. cap. 2. 3. & 4. & ibi doctissimus Aquila in addit. n. 56. & seqq. Mecitato in commentar. ad Ord. tom. 1. ad proæm. gloss. 53. num. 13.

13 Et sunt regulæ generales & in illis Mibi videtur advertendum esse quod in matris exclusione, & filiorum ejus, ex voluntate fundatoris alicujus maioratus duo possunt evenire casus: aut enim agitur de exclusione perpetua matris, aut temporalis primo casu cum perpetua matris infertur exclusio à fundatore maioratus, eam simpliciter & absolute excludente, dubium non est quin exclusa matre excludantur ejus filii & descendentes, ut tenet Avendan. Curtius, Gregor. Cost Peregr. Valasc. Pereir. Ravedens. quos refert. Castilb. lib. 3. cap. 3.. quotid. cap. 15. n. 76. Gratian. forens. cap. 5. per tot. ubi multos refert additio novissima.

14 In secundo autem casu de exclusione temporali matris sive avidentaria, filius etiam viva matre admittitur, in his quæ differtissime disputat, & resolvit Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 18. n. 49. & 72. Menoch. conf. 172. n. 18. Castilb. d. cap. 15. n. 73.

15 Et cum in qualibet exclusione à successione maioratus inspicienda, & attendenda sit causa, quæ moveat fundatorem ad eam inducendam

censante ea, cessare debet exclusio, ut diximus cap. antecedenti; unde est, ut cessante ratione matrem excludente admittatur ejus filius, ut patet exemplum in exclusione filii primo loco vocati, quando est surdus, aut mutus, aut habet alium defectum similem in qua admittitur ejus filius, vel quicunque sequens ingradu ex his quæ de sententia Bald. & aliorum tenet Molin. lib. 1. cap. 13. n. 35.

16 Idem est in filio excluso ab alienationem aut contraventionem contra tenorem fundationis, ut late diximus supra & tenet Mier. de maioratu 2. p. q. 4. n. 22. & 4. p. q. 19. n. 25. Molin. lib. 4. cap. 1. n. 12.

17 Idem si ob aliquod delictum mater, vel primus successor fuisset exclusus, ut ex Molin. Mier. & aliis tenet Castilb. d. cap. 15. n. 56. Thesaur. lib. 1. q. 34. n. 18.

18 Idem in filiis matris exclusæ, quæ nupsit extra familiam, ad tradita per Molin. lib. 1. cap. 6. n. 22. & lib. 3. cap. 5. n. 72. Rosental. defed. concl. 44. Thesaur. d. q. 34. n. 17.

19 Idem etiam dicendum est in maioratu masculinitatis in quo filius expropria persona succedit exclusa matre, ut late diximus supra tom. 2. cap. 16.

20 In his casibus & similibus cessant tricta illa dictoria, in quibus fundatur DD. contrariam partem sestantes: media persona, quæ non potest succedere, impedit filium ne succedat Menoch. late conf. 172. n. 3. & succissa vena deficit cursus vel fluxus L. flumina §. final ff. de damno infi. & nisi in capite initium summa linea non potest ulterius produci L. quæcumque gerimus ff. de obligat. & action. & medium vitiosum in materia successionum impedit transitum ad extrema Bald. in L. maximum vitium Cod. de liber. præterit,

terit, & successio non debet fieri per saltum, ut ex eodem Bald. notat
22 Surd. conf. 85. n. 10. nam haec omnia & consimila locum non habent cessante in filio causa, ob quam mater, aut pater excluditur, ut diximus supra & totum pendet à voluntate institutoris secundum quam censentur vel non exclusi filii, aut descendentes, vel ex propria persona inclusi, licet pater aut mater sint exclusi, & illi à radice infecta procreati.

•••••

C A P. LXXXIX.

De inclusione, & exclusione ex repetitione qualitatum, & an presumantur repetitæ in aliis vocationibus substitutionibus, diversis & distinctis, & quando ex hac repetitione, vel non repetitione detur inclusio, vel exclusio, & an gravamen quæsumum in una linea aut vocatione censetur repetitum in alia.

S U M M A R I U M.

Vocatus ad maioratum sufficit habere qualitates ab institutore requiras de tempore de latæ successionis. n. 1.

Maioratus successio debetur illis qui de tempore purificati maioratus habent qualitates ab institutore requiras. n. 2.

Qualitas in uno gradu substitutio num apposita; non censetur in cæteris gradibus distinctis re-

Pars III,

petita. num. 3. 4.

Ad repetitionem qualitatis de una oratione ad aliam duo concurrere debent. n. 5.

Quare in facultate nominandi, & eligendi regulariter non datur petitio. n. 8.

Cum verba in solam personam dirigantur, & aliud expræsum non sit nequaquam induci, ne repeti potest qualitas successionis ad diversam personam. n. 9.

Substitutio ultra casum expræsum a testatore trahi non debet n. 10. nec dispositio debet contra regularem dispositionem repeti ibidem.

DD. interminis repetitionis qualitatis mascula nititis. n. 11.

Et quando in maioratibus. n. 12.

Præcedentia in sequentibus nunquam censetur repetita. n. 13.

Repetio est necessaria ad conservationem perpetuam maioratus. n. 14.

Repetio masculinitatis nunquam inducetur nisi ubi expressa fuerit. n. 15.

Si infuudatione alicujus maioratus in aliqua clausula vocatur tantum masculus, cum præferentia fæminis, & jam proximioribus, repetitio estius masculinitatis quod fieri possit venit vitanda id cæteris clausulis. n. 17.

Qualitatis non necessariæ non fit repetitio ubi sola, proveniens ex natura dispositionis inducit repetitionem. n. 18.

Quod dictum est procedit in variis casibus notatis per DD. n. 20.

Primus in maioratu æque principali erecto amarcte, & uxore n. 21.

Secundus quando fundator in aliqua parte fundationis vocat. fæminas. n. 22.

Tertius quando fundatori in aliqua

Rit 2

parte

parte substituit masculos, in alia vero de illis mentionem non fuit. n. 23.

Quartus quando fundator post masculos specialiter vocatus sequentes de genere nomine masculorum omisso ad suum maioratum vitavit. n. 24.

Causæ a quibus omnis tacita repetitio procedit. n. 27.

Quo in casu non censetur repetita. n. 29.

Qui habent vocationem absolutam succedunt absque onere, conditio aut gravamine posito invocatione particulari. n. 30.

L. cohæredi 41. §. qui patr. ff. de vulgar. explanatur. n. 31.

In materia repetitionis quando orationes sunt diversæ, & separatae & jam si esset identitas rerum, & personarum qualitas expressa in uno capitulo non censetur repetita in alio. n. 32.

Gravamen positum in secundo gradu non extenditur ad primum, nec contra. n. 33.

Contraria sententia quæ resolvit repetitionem concedendam esse ex juris dispositione. n. 34.

In facultate nominandi, data in primo censetur repetita in aliis sequentibus successoribus. n. 35.

Loquendo in conditionibus & gravamine positis in uno gradu intelliguntur repetitæ in cæteris. n. 36.

In qualitate legitimitatis posita in prima parte institutionis quod censeatur repetita in omnibus clausulis. n. 38.

In qualitatibus extra ordinariis censetur repetitæ in sequentibus clausulis. n. 39.

In qualitate masculinitatis apposita in prima substitutione intelligitur repetita in secunda, & aliis n. 40.

Concordatio opinionum. n. 42.
Appendix in materia repetitionis masculinitatis. n. 43.

Vocatus ad maioratum sufficit habere qualitates ab instituto, re requisitas de tempore delatæ successionis L. ex facto §. si quis autem ff. ad senat. cons. Trebel. Fusar. q. 409. n. 20. Giovagn. cons. 59. sub n. 57. vers. quarto lib. 1. Altograd. cons. 93. n. 30. & 31. lib. 2. Castil. lib. 5. contr. cap. 90. n. 21. Urseol. controv. forens. cap. 57. n. 23. & 24.

Debetur enim maioratus successio illis, qui de tempore purificati, maioratus, aut fideicomissi habent qualitates ab institutore exigitas L. prætor ait §. docere ff. de viboner rapr. cum aliis Ottobono dec. Rot. 244. n. 2. Urseol. d. cap. 57. n. 25.

Et qualitas in uno gradu substitutionum apposita non censetur in cæteris gradibus distinctis repetita; imo censetur consulto omisla Surd. cons. 200. n. 26. Ottobon. dec. 252. n. 8. Urseol. d. cap. 57. n. 30.

Repetitio enim qualitatum non præsumitur in aliis substitutionibus diversis, & distinctis gradibus & personis, ab illa prima & antecedenti substitutione qualificata Giovagn. cons. 21. n. 59. & 61. lib. 1. Noguerol. alleg. 23. n. 40. & seqq. Hodier. forens. cap. 33. n. 24. & 25. Ottobon. dec. 252. n. 7. & dec. 265. n. 17. Urseol. d. cap. 57. n. 31.

Ad repetitionem enim qualitatis de una oratione duo concurrent debent, nempe quod secunda oratio sit imperfecta, & quod continetur predictionem continuativam, vel ipsæ titivam text. est in L. in repetendis ff. de legat. 3. & ibi: Bartol. magistraliter explicat, & illum sequuntur omnes in d. L. Cephal. cons. 436. n. 7. vol. 3. probat. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 59. vers. fecus autem si in

- in diversis orationibus repetitio fieri prætendatur.
- 6 Maxime quando non militat eadem ratio *Othobon. dec. 252. n. 10.*
& seqq. Urseol. d. cap. 57. n. 32.
- 7 Et tuerit substitutio facta de transversalibus, & longiori gradu distinctis, & in diversis orationibus *Geovanon. d. conf. 21. n. 73. lib. 1.*
Ursiol. d. cap. 57. n. 33.
- 8 Quare in facultate nominandi & eligendi regulariter non datur repetitio, quia facultas factum personalissimum ficat *L. unum ex famil. §.*
rogo L. cum pater §. heredit. ff. de legat. 2. *L. ex facto §. si quis rogar. ff. ad Trebel. Cost. in §. & quid si tantum 2. p. n. 14. cum seqq. & lib. 2.*
selectar. cap. 24. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. n. 62. *Mier. de maiorat. 1. p. q. 8. n. 48. & alibi dicemus.*
- 9 Et cum verba in solam personam dirigantur, & aliud expressum non sit, nequaquam induci, nec repeti potest qualitas successionis ad diversam orationem *L. cum personas Cod. transact. Gom. 2. tom. variar. cap. 11. n. 42.*
- 10 Et ita substitutio ultra casum expressum à testatore trahi non debet, nec depositio debet contra regularem successionem, repeti, nec extendi adversus regulas ordinarias & dispositionem juris communis, sed debet restringi ad dispositionem expressam *L. final §. Seye ff. de legat. 2. L. filium fam. ff. quando dies legat. cedat. L. legitum 24. ff. de adimend. legat. L. sub conditione ff. de hered. insituend. L. quæ conditio ff. condit. & demonstrat. Cavalcan. dec. 5. n. 14.*
Alciat. conf. 96. n. 2. Ruin. conf. 93. n. 4. & conf. 114. n. 17.
- 11 Et in terminis repetitionis qualitatis masculinitatis ad hoc ut non præcedat masculus alterius lineæ in præjudicium cursus, & successionis regularis defendunt contra *Abbat.*
- conf. 36. col. fin. *Antecignan. Annan.*
*in celebri conf. 22. col. 11. sequuntur Jason. conf. 34. col. 4. lib. 3. Socin. junior. conf. 23. et conf. 29. n. 12. et conf. 100. n. 20. et conf. 202. col. 6. et conf. 128. n. 233. lib. 1. et conf. 138. lib. 2. Ancharr. conf. 220. *Farinac. dec. 485. n. 3. vers. præterea, et in collectan. dec. 354. p. 2. et conf. 484. Pedroch. conf. 5. n. 63. & 165. Reminal. conf. 59. n. 59. et conf. 80. n. 21. Cephàl conf. 68. n. 16. et conf. 527. n. 20. Marsar. conj. 8. n. 12.**
- Et loquendo in maioratibus *Menoch. conf. 6. n. 46. & conf. 82. conf. 86. et 97. conf. 926. Castilh lib. 2. cap. 4. et n. 141. Burg. de Paz in proæm legum Taur. n. 37. et n. 128. Gracia de nobilit. in divisione operis n. 43. Alvarad. de conjecturata mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 4. n. 24. et 28. Gutter. conf. 13. Molin. lib. 3. cap. 5. n. 56. vers. sed quanvis, et n. 57. ubi quod nunquam præcedentia in sequentibus censemur repetita, quando agitur de repetenda qualitate adversus dispositionem juris communis, & est videndum *Castilh. lib. 5. cap. 117. n. 30. et 31.* ubi ex Molin. sic ait, quod quanvis omnium conditionum, quæ ad perpetuitatem necessariæ sunt, repetitio facienda sit, hæc tamen masculinitatis repetitio ad perpetuitatem maioratus necessaria non est, cum possit maioratus tam in feminis, quam in masculis perpetuus esse, & hæc masculinitatis repetitio, ut scemina proximioris gradus excludatur, sit quodammodo aduersus maioratus naturam, ex quo consequitur non esse in maioratibus masculinitatis repetitionem faciendam, ea ratione ut maioratus perpetuitas conservetur, sed ex eo quod ejusdem institutor agnationem etiam contra maioratum communes regulas conservare voluerit, & ex eo deducitur, quod quanvis conditio, si fine*

sine liberis, apposita primo hæredi, censeatur repetita in omnibus
14 lineis, gradibus, & personis, quia
 repetitio est necessaria ad conserva-
 tionem perpetuam maioratus, ut per
Molin. lib. 1. cap. 6. n. 18. conditio
 tamen qualificata, si decesserit si-
 ne filiis masculis, non est repeten-
 da, quia non est necessaria ad con-
 firmationem, & perpetuitatem ma-
 ioratus, & apponitur, dum taxat,
 ad graduandam successionem, &
 dandam prælationem masculis con-
 tra fœminas, vel alia, ut per *Mol-*
lin. lib. 3. cap. 5. n. 18. 19. 20. &
 26. *Gam.* dec. 354. ubi ejus *Additio-*
nator n. 5.

15 Et sane ab his fit, quod repetitio
 masculinitatis nunquam inducatur,
 nisi ubi expressa fuerit, ut ex *Ana-*
nia conf. 22. notat *Greg. Lop.* in L.
 3. tit. 13. part. 6. *Garcia de nobilit.*
gloss. 9. n. 49. maxime ad exclusionem
 fœminarum *Molin.* lib. 3. cap. 5. n. 57.
Castilb. lib. 2. cap. 4. n. 103 & seqq.

16 Et plures hujus resolutionis pro-
 sequutus fuit *Molin.* lib. 3. de ritu
nuptiar. q. 24. n. 71. usque ad 217.
 omnino videndus, ubi mille rationi-
 bus comprobatur, & exornatur.

17 Et ab ipsis sub infertur, quod si
 in fundatione alicujus maioratus in
 aliqua clausula vocatur tantum mas-
 culus cum præferentia fœminis e-
 tiam proximioribus repetitio istius
 masculinitatis quo ad fieri possit,
 venit vitanda in cæteris clausulis, &
 vocationibus *Ruin.* conf. 181. n. 8.
vers. non obstat alia conjectura *Ce-*
phal. conf. 710. n. 13. & 14. lib. 5.

18 ubi eleganter notat non fieri repeti-
 tionem qualitatis non necessariæ,
 ubi sola necessitas proveniens ex na-
 tura dispositionis inducit repetitio-
 nem *Surd.* conf. 403. n. 18. & 21.
lib. 3. *Menoch.* conf. 200. n. 14. &
conf. 793. n. 26. *Gam.* decis. 354. n.
 4. 5. 8. & 9. *Molin.* d. cap. 6. n. 26.

& ibi aditio *Becc.* conf. 221. n. 22.
 vol. 2. *Beltran.* ad *ludovis.* super de-
 cis. 514. *Castil.* d. cap. 4. & 117. ex
 n. 30.

Et ratio hujus resolutionis nata
19 est ex odio quod in se habet repe-
 titio masculinitatis, & ideo non ad-
 mititur nisi in casu expresso juxta
 tradita à *Molino* d. q. 24. n. 72.
 ut inde cesset omnino in casu omis-
 so: cum facile fuisse testatori iter-
 rum qualitatem masculinitatis repe-
 tere si voluisset, quod cum fuerit,
 pro omissa habet *Peregrin.* de fidei-
 com. art. 25. n. 28. ubi judicatum,
Molino d. q. 24. n. 78. & n. 115. qui
 ex n. 116. hoc ipsum admittit, etiam
 si in aliquibus casibus masculinita-
 tis repetitio facta fuerit, nam ad-
 huc firmiter tenet, de expressis ad
 alios extensionem fieri non debere.

Quod dictum est, procedit sine
 dubio in variis casibus notatis per
 DD. & primus est in maioratu æque
21 principaliter erecto à marito & uxo-
 re, in quo attenta fœmina funda-
 trice exclusio fœminarum, & repe-
 titio masculinitatis difficultus indu-
 citur, ut late probat *Molin.* d. q. 24.
 n. 166. usque ad 180.

Secundus casus, est quando fun-
 dator in aliqua parte fundationis ma-
 ioratus vocat fœminas tunc enim vix
 est, ut in aliquo casu nisi expræmissi-
 mam masculinitatis amplectam repe-
 titio *Molin.* lib. 3. cap. 5. n. 50. &
Molino d. q. 24. n. 143.

Tertius casus erit, quando fun-
 dator in aliqua parte substituit mas-
 culos, in alia vero de illis mentio-
 nem non fuit, & sane in eo ex-
 tra omnem controvertiamur repetitio
 masculinitatis non datur *Molino* d. q.
 24. n. 179.

Quartus casus est, quando fun-
 dator post masculos specialiter vo-
 catos sequentes de genere nomine
 masculorum omisso ad suum maio-
 ratum

ratum vitavit, quo casu cessat omnino repetitio masculinitatis ex Molin. d. q. 24. n. 109 & n. 182. & seqq. alse-
rit admittendam fore hanc resolutionem etiam casu, quo majoratus ins-
titutus esset ad conservationem me-
moriæ, vel familiæ instituentis, quia
etiam conservatur per fœminas ut
diximus tom. 1. cap. 2. & n. 191. &
192. firmat procedere etiam quando
potuit gravamen nominis, & armoriū.

25 Sit ergo firma regula semper ad-
mittenda vel repuenda repetitione
masculinitatis, quod tunc tantum
veniat admittenda, quando sumus
in claris, apertis, & expiassim, aut
in relatione omnium præcedentium
universim, & præcise respiciente
juxta varia exempla per pensa à Mo-
lino d. q. 24. n. 109. 200. 203. 230.
233. 236. 237.

26 Adhuc autem prætermittere non
possumus ad interpretationem tradi-
torum à Molino d. q. 24. n. 337.
ubi admittit repetitionem qualitatis
ex verbis cum aliis modis, formis,
& qualitatibus, ut supra Mantic. de
conjectur. tit. 13. n. 10. Gracia de
nobilit. in divisione oper. n. 51. Mier.
2. p. q. 6. n. ult. Fusar. q. 403. n. ult.
prædicta enim verba adhuc non in-
ducunt repetitionem præcedentis
masculinitatis, ut optime tradit Bero-
jus conf. 115. n. 22. ubi ait esse re-
ferenda ad qualitatem legitimatis
vel similis Molin. lib. 3. cap. 5. n.
64. Gavalcan. dec. 33. n. 12. p. 4.
Surd. dec. 319. n. 8. Manent. conf. 135.
n. 27. Fusar. q. 403. n. 49. Castilh. tom.
5. cap. 147. n. 28. Peregrin. de fideicom.
art. 29. n. 17. quod mihi non pla-
ceret, sed opinio Molino d. n. 337.

27 Et merito quia omnis tacita re-
petitio procedit aut ratione copulæ
vel conjunctionis, aut ex relatione
potius supra, aut quia reguntur ab
eodem verbo, et determinantur ab
eodem actu, et determinantis, re-

gentis totam orationem Bald. cons.
153. n. 2. vol. 5. Paris. cons. 18.
lib. 2. Sylvan. cons. 18. lib. 2. Ana-
mas d. cons. 22. refert. Jason. in L.
qui filiabus col. 1. Alexand. cons. 12.
col. 4. vers. primo quia, & cons. 26.
vol. 2. Bartol. in L. in repetendis ff.
de legat. 3. n. 1. Azeved. cons. 15. n.
47. Ramon. cons. 100. n. 392. &
seqq. optime Garcia de nobil. in divis.
oper. n. 24. et loquendo in eodem
casu Molino de primog lib. 3. cap. 5.
n. 60. Cassan. cons 50. n fin. ubi mul-
tos esert, et ele ganter exornat, op-
timum etiam Tiber. Decian. cons. 17.
n 34. vol. 1. & de ratione Mantic. de
conj. &c. ult. volunt. lib. 8. tit. 18. n.
63. ubi etiam loquitur de clausulis
separatis. et quando in illis habet
locum repetitio, & de tacit. & am-
big. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 3. Caval-
can. 3. p. dec. 18. Fusar. cons. 180. n.
25. Farinac. dec. 330. p. 1. in recen-
tiorib. Marjar. cons. 4. n. 26. vers.
nec refragatur, & cons. 15. n. 59. vers.
3. respondetur Menoch. cons. 86. n. 49.
Surd. cons. 200. n. 23. Castilh. lib. 2.
cap. 4 n. 13 i. ubi etiam loquitur de
repetitione qualitatum præceden-
tium, et quod non continentur,
nec repantur, ubi qualibet sub- 28
stituto præcedens, et subsequens
clausulis positæ, et perfecta oratio-
ne determinata, quod etiam pro-
bat Azeved. d. cons. 15. n. 46. &
47. Larrea. dec. 34. n. 19. Cassanat.
cons. 50. n. 41. & cons. 57. n. 59. Ses-
se tom. 2. dec. 187. n. 109. Ganaverr.
cons. 1. defens. 4. n. 163. & 168. &
169. Valens. cons. 97. n. 174. Vela
dissert. 49. §. non autem superior re-
gula Parja de inst. um. edit. tit. 3.
resol. 3. n. 70. qui omnes explicant,
quando verba repetitive sunt posita
in eadem oratione perfecta, aut di-
verse, et omnes infinitos referunt
DD. atque ita videtur dicendum
non habere locum talem repetitio-
nem

nem in terminis propositis, ut non habet in qualitate legitimorum proposita in prima clausula, prout testatur D. Heronym. de Leon. dec. 93. n. 28. & seqq. eleganter Noguerol. alleg. 23. n. 40. & seqq.

29 Et in gravamine aut conditione posita, in diversa oratione et in clausula habent suam claram et specificam determinationem, et vocationem absolutam, quod non censeatur repetitum, sed quod potius extendatur tantum ad gradum in quo apponitur, et non ad alium separatum ab institutore, et probatur per text. in L. quæ conditio ff. cond. et demonstr. ubi J. C. proponit duos casus, videlicet, quando vocations sunt absolutæ in successione aliquarum linearum, vel et gravamen est limitatum, ad aliquam lineam particularem, et specialem, tunc enim, illi, qui habent vocationem absolutam succedunt absque onere, conditione, aut gravamine posito in vocatione particulari, & rem censetur repetitum, nec extensum, nisi ad gradum in quo positum fuit; & ideo subdit J. C. in principio legis resolvendo primum casum vocationis absolutæ in his verbis: quæ conditio ad genus personarum non ad certas, & notas personas pertineat eam existimamus totius esse testamenti, & ad omnes hæredes institutos pertinere, & determinans secundum casum gravaminis positi limitat in una linea, ad hoc ut tantummodo intelligatur positum in illa, & non extendatur ad cæteras, sic ait: Atque conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus; ad cum dumtaxat gradum, quo hæ personæ institutæ fuerunt.

31 Probatur etiam ex textu in L. cohæredi 41. §. qui patr. ff. vulgar. in eius specie cum testator faceret ins-

titutionem patri, & filio in primo loco in tribus partibus hæreditatis unicuique, & eos substitueret ad invicem, postea instituit alios hæredes in residuo suorum bonorum cum gravamine substitutionis dicens, hos in vicem substituo, & cum dubitaretur si per verba generalia extendendum esset gravamen substitutionis breviloquæ ad primos gradus, resolutum extat à J. C. negative, ex eo quia prima institutio erat perfecta, & absolute, & gravamen substitutionis positum in secundo gradu vocationum non refertur ad primos, & quod tantummodo intelligendum erat gravamen inter cæteros cohæredes ex verisimili mente disponentis propter specialem inter patrem, & filium substitutionem, per quem textum ita tenent Alexand. et aliis, quos refert, et sequitur Menoch. cons. 151. n. 43. ex Bart. Reminald. et aliis et n. 158. ex d. L. quæ conditio reprobatur. opinionem Oldrad. cons. 141. n. 2. et Dec. cons. 227. n. 3. qui voluerunt qualitatem substitutionis factam primo instituto videri in secundo locum habere dicens. Quod in contrarium est veritas et n. 59. et 60. exornat, & probatur ex text. in L. sub conditione 73. ff. de hæred. Justit. ibi: sub conditione hærede instituto si substituimus, nisi eandem conditionem repetamus pure eum hædem substituere intelligemus tenet Menoch. lib. 4. præf. 178. n. 17. Mier. de moior. 2. p. 4. illat. 8. n. 215. Castil. tom. 2. contr. cap. 4. n. 43. & seqq.

Et in materia repetitionis quan- 32 do orationes sunt diversæ, & separatae, etiam si esset identitas rerum, & personarum qualitas, expressa in uno capitulo, non censetur repetita in alio nec gramen positum in secunda, extenditur ad primum, nec

nec è contra ut tenet Bart. in *L.* in repetendis ff. leg. 3. sequuntur Roland. conf. 38. n. 56. vol. 4. Paris. conf. 38. lib. 2. n. 21. & eleganter n. 23. Menoch. d. conf. 151. n. 43. & d. p. & s. 178. Peregr. in. de fideicomiss. art. 16. à n. 8. & 45. & 90. & conf. 57. n. 11. Surd. conf. 164. n. 7. & 8. Fusar. q. 450. n. 3. Marian. socin. conf. 128. n. 141. lib. 1. Cassanat. conf. 4. n. 141. & conf. 38. n. 103. & conf. 55. n. 36. & conf. 53. n. 51. & in simili Handed. conf. 4. n. 32. & seqq. lib. 1. ubi eleganter exornat Menoch. conf. 900. n. 17. Hieronym. Gabriel. conf. 111. n. 22. Pe egr. dec. 134. n. 7. & n. 34. Fusar. q. 683. n. 20. ubi multos refert Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 21. 56. 57. & 59. Lara in compendio vit. homin. cap. 30. n. 84. idem Fusar. q. 403. per tot. ubi late exornat.

34 Contrariam sententiam tenent alii multi, qui resolvunt repetitionem concedendam esse ex juris dispositione secundum quam ordo succendi datur primis institutis debet & in posteris observari, & repetitur in sequentibus *L.* in ratione §. si filio ff. ad leg. falsid. *L.* 3. ff. de fund. instruct. *L.* aediles §. loquunt. ff. de aedili. edict. *L.* neque tutores §. sed & si ff. de reb. eor. *L.* 2. Cod. de conjung. cum emancip. lib. 11. Bartol. in *L.* final. n. 2. ff. ad Trebel. Gam. dec. 307. n. 5.

35 Et loquendo in facultate nominandi, quod data primo censeatur repetita in aliis sequentibus successoribus, ut late dicemus in tractatu de maioratu electivo, & agunt DD. quos Ego ipse refero in tractatu de exclus. inclus. & erectione maiorat. cap. 6. sub n. 54. pag. 389. vers. in variis, & vers. mihi.

36 Et loquendo in conditionibus & gravamine positis in uno gradu, quod intelligantur repetitæ in ceteris

ris tradit Cephal. conf. 581. n. 13. lib. 4. Surd. conf. 344. n. 14. vol. 3. Castilb. tom. 6. cap. 178. n. 2. & cap. 181. n. 8. 10. & 21. Larrea dec. 51. n. 16.

Et interminis representationis si 37 in aliqua parte institutionis aliquibus personis, gradus, aut gradibus institutor maioratus representationem induxit, vel admiserit, censetur repetita in ceteris personis, & gradibus, ad hoc ut in illis locum habeat representatione, & censeatur repetita, ut multis citatis tradunt Robles de representatione. lib. 1. cap. 13. n. 24. Gutter. lib. 3. practicar. q. 67. n. 55. & seqq. Fusar. q. 313. n. 59. Castilb. tom. 2. cap. 4. n. 12. & lib. 3. cap. 19. n. 289.

Et in qualitate legitimatis positæ 38 in prima parte institutionis quod censeatur repetita in omnibus clausulis judicatum fuit me patrocinante in causa, de qua tom. 2.

Et in qualitatibus extraordinariis, 39 quod censeantur repetitæ in sequentibus clausulis tradunt Menoch. conf. 33. n. 15. & conf. 158. n. 11. & conf. 350. n. 27. Surd. dec. 319. n. 11. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. n. 16. Peregr. de fideicom. art. 22. n. 47.

Et in qualitate masculinitatis ap. 40 positæ in prima substitutione, quod in secunda, & in aliis tradunt Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 51. 59. 60. & 61. & tenent multi quos refert Rosa consult. 69. n. 187. & seqq. & ultra quos refert Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. n. 79. Menoch. conf. 117. n. 69. Fusar. de substit. q. 406. n. 26. Castilb. cap. 178. n. 2. & cap. 181. n. 2. 9 & 10. Lar. dec. 51. n. 10. alias dec. 54. Alexand. Raudens conf. 35. n. 71. usque ad 83. vol. 1. & ad alium casum Larrea d. dec. 54. n. 8. & 10. ubi etiam loquitur quando substitutio est in eadem

oratione, aut in oratione composita, seu hypothetica, aut simplici, prout etiam testatur *Cassanat. conf.* 87. n. 14. 88. & 89. *Rosa d. conf.* 69. n. 187. ubi afferit procedere etiamsi diversis orationibus completis & in vicem non dependentibus substitutiones factæ sint ex *Castilb. lib. 2. cap. 4. n. 138.* & aliis, & ad varios casus *Joseph. Altograd. controv.* 60. num. 15. & seqq. & *Rosa conf.* 40. & 41.

42 In qua controversia, & varietate dicendum puto, hæc omnia procedere, & locum habere, quando sunt positi in conditione illi met, qui supra cum qualitate fuerunt dispositive vocati, quia circa easdem personas sicut præsumitur eadem affectio institutoris, ita & repetitio ejusdem qualitatis expræstæ, quæ ratio deficit, quando agitur inter diversas personas, & orationes, ut concordando opiniones contrarias distinxerunt *Geova non conf.* 21. n. 59. & 61. *lib. 1. Ottobon. dec.* 252. n. 7. *Cum multis Ursiol. forens. cap.* 57. n. 34. per tot. nisi aliud suadeat voluntas testatoris, quia tunc servanda est, vel dentur dictiones repetitivæ, & semper, & omni casu, quia tunc omni casa datur repetitio *Rosa d. consult.* 69. num. 188. & 197. & seqq.

43 Et in materia repetitionis masculinitatis relictæ controversia, de qua supra, cum illa non sit necessaria ad conservationem maioratus, quia tamen conservatur tam per masculos, quam per fœminas, dicendum est dari repetitionem qualitatis masculinitatis toties, quoties datur eadem ratio in una dispositione. & altera, aut quando assistit voluntas expressa, aut verosimilis fundatoris, aut quando non facta repetitione resultaret absurdum aliquod ut est communis resolutio, prout testatur

Bald. conf. 153. num. 3. vol. 5. cum multis *Menoch conf.* 216. n. 285. & *conf.* 585. n. 6. *Peregr. de fideicom. art.* 16. n. 26. & 28. *Gutter. conf.* 18. n. 37. *Beltramin. in addit. ad dec.* 514. *Gregor. 15. n. 117. late Castilb. d. lib. 2. controv. cap. 4. n. 135.* & seqq. & *tom. 6. cap. 181. n. 32. Larrea dec.* 53. n. 73. & *dec.* 54. n. 11. *Valens. conf.* 113. n. 44. ubi eleganter cum multis ita testatur & n. 86. et seqq. ubi exemplificant *Garcia de nobilit.* in *initio* n. 6. *Molin. lib. 3. cap. 5. n. 63.* et in pulchro casu *Peregrin. de fideicom. art.* 25. n. 32.

of se of se of se of se of se of se

C A P. XC.

De inclusione & excusione ex vocatione filiorum conditionali, & quando filii positi in conditione intelligantur inclusi & vocati, & quæ conjectaræ ad id sint habiles, & ad hoc ut censeatur maioratus repetitus in filiis in conditione positis, & ex conjecturis vocatis.

HAnc questionem proponit ut resolvit *Joseph Altograd. contr. forens. cap. 36. & 37. & nos resolvimus in tract. de exclus. inclus. success. & rect. maior. tom. 1. cap. 5. n. 571.* & seqq. ubi multos allegavimus & judicatum dedimus, & egimus de conjecturis necessariis ad resolutionem & est videndus *Ramon. conf.* 9. 15. 16. 17. 74. 75. 76. 77. 91. & ibi *Baldut. in add. ad d. conf.* 9. 15. 16. 17. *Godius conf.* 50. *Tustan. dec. 1. Romag. ad stat Civit Eugub. lib. 2. rubric. 63. Crespo de Valdaur. observ.*

CAP.